

23 Janv. 1861

P. E. Cathelineau

C. II


2 — 1


18/h Medecine (4)

Philosophie (23)

P. 4. 2. expl.


27,584/A/2


P. E. CATHELINEAU



D. MICHAEL. GOTTLIEB.
HANSCHII

MEDICINA MENTIS ET CORPORIS,



SIVE

DE HEURETICE ET HYGIENE

LIBRI DUO:

AD

MENTEM SANAM IN CORPORE SANO QUAM DIUTISSIME CONSERVANDAM.

AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM MURETUM, M.DCCL.

SAMUELIS KOELESERI

DE

KERES-EER

EPISTOLA AD AMICUM.



Atisfeciſti deſiderio meo, benevola communicatione eorum, quæ ad rem litterariam ſpectant, lectiſſime Amicorum. Provectos videlicet, ſcientiarum, bonarumque litterarum fines, vidiſſe; & illorum, qui in hoc vel illo genere, plus



ultra promovent, labores per-
nosse, curarum levamen est,
& in negotiosa hac mundi
scena, innocua occupatio.
Postulas à me, quid de com-
municatis sentiam, ut Tibi
reciproca facilitate, pandam.
Distentus licet gravioribus,
pareo haud invitus volunta-
ti Tria: & quidem quod pri-
mum in manus incidit, de
Heuretice & Hygiene ad men-
tem sanam in corpore sano
conservandam, sic Tibi ha-
be: Una vox, unum omni-
um votum est, ut mens sit
sana in Corpore sano. N
hoc quis ambiat, homo non
est. Ambiunt omnes. Ob-
tento, blanditur sibi quotu-
quisque. At pauci assequun-
tur. Via, quæ huc ducit
non omnibus æquè nota pau-
c



cis pervia. Illâ quippe, quâ eundum eſt, vix moto pede, jam laſſati greſſus, non ultra promoventur. Hanc, qua paſſim itur, ceu a torrente multitudinis rapti, plerique deſides ſequuntur. Sanam mentem ſapientiſſimus Opifex, ſuæ participem naturæ eſſe voluit. Sic creavit. Sic ſano corpori, harmonica unione junctam, ſanitatis utriúsque vel morbi utrinque reſultantis hominem Curatorem conſtituit; cui emblematicas arbores, lemmatibus *Scientia boni & mali*, nec non *Vitæ* inſignitas, jam in ſtatu primigenio, hunc non minùs in finem præſentes ſtitit, ut quod tunc verum, nec nunc idem eſſe deſinat, imò a ſtatu illo dejecto huc ut collimet, adniti

 opor-



oportere, in ſacris Tabulis memorandus monimenti loco, reliquit. Sed uti a regia via deflectentibus, ſaltus præruptos, præcipitia, objectos amnes, ripasque oppoſitas ſuperaſſe, laborioſum eſt ac difficile, usque dùm in ſemitam, viæ regiæ parallelam, incidas & enitaris: ſic, cura quavis, nec tenui ſollicitudine indigvi, langvida incuria deperditi, auro omni contra cari, hujus theſauri rehabitio, & inventi poſſeſſio. Parentes, nutrices, domeſticos, vicinos - jatraliptas fruſtra conſules. Dicent omnes: optandum eſſe. Sed qua via, quibus mediis, aſſequendum, Tecum vel ignora-

rabunt, vel nubem pro Junone vendent. Nisi Tumet, in Te ipsum redieris, desertor Tui, extra Te nullos vel ductores, vel consultores fidos invenies, præter illud hominum genus, quod Mathematicum audit: Soli illi sunt homines, qui nec decipiuntur, nec decipiunt. Hi Tibi, sanitatis assequendæ, intelligo naturalis & quoad mentem, ejusdemque incrementi & decrementi periodos, certas dabunt regulas; & quoad corpus in statu sano conservandum, ex ægroto restituendum, quid fieri debeat, quid possit vel non; & cur non possit, securiora præbebunt adminicula. Quid ad hoc conferat tractulus, Medicinam Men-

tis & Corporis adumbrans, non perfunctorie expendentibus, mox apparebit. Quem non ſolum argumento, quod me ejusdem Auctori pridem devinctum tenet, ſed rei ipſius à claritate, diſpoſitionis ordine, diſtincta in compendio absque diſpendio combinatione, ſe commendantis, ex eorum numero eſſe agnovi, qui erectis columnis, qua eundum, præmonſtrant, totusque ut ſanus eſſe queas, fideliter inſtruunt: dignum proin, qui plurium manus occupet, Salivamque tanto plus cieat, ut Viri ad labores litterarios nati, fortunæ meritis condigna ſecundandi, alia quoque ſcripta, cumprimis Leibnitziana, lucem videant publicam, quàm ocyſſimè:



ſimè. Vale, Amicorum optime, liberaliùs opinantem fer, mutuam neceſſitudinem fove & amœbæum promove. Dabam Viennæ, Nonis Aug. MDCCIL.

Vita

Vita magis vita est, si mens cum Corpore Sana;
Pars ea, particulam quae Deitatis habet.
Si meruere Duces Servato Cive Triumphum;
Auctor Servato Cive disertus ovat.
Debeat excellens aliis sua praemia Virtus;
Hæc quoque sunt sani Scripta Trophaea Sophi.

Censeo

Jo. Kar. Newen, Colon.
Caes. Aul. Poët. Laur.



I. N. J.
MEDICINAE MENTIS ET CORPORIS
LIBER PRIMUS DE HEURETICE ſive ARTE INVENIENDI.

PRAECOGNITA De Heuretice ejusdemque Regulis in genere.

Conſpectus.

I. Heuretice: II. Regula Heuretices: III. Explicatio diſtincta ordinis in cogitando naturalis: Principia infallibilia: methodus infallibilis: demonſtrare quid? demonſtrationes geometricae: ſcientia.

I.

HEURETICE eſt ordinis in cogitando naturalis diſtincta explicatio. *Heuretice:*

Scholion: Dici etiam poteſt Ars cogitandi, meditandi, ratiocinandi, invenien-

veniendi, Philoſophia rationalis; & abſoluit genuinam Logicam.

II.

Regula Heuretices.

REGULA HEURETICES dicitur omnis formula generalis, qua ordo in cogitando naturalis diſtincte explicatur.

III.

Explicatio diſtincta ordinis in cogitando naturalis:

EXPLICATIO autem DISTINCTA ORDINIS IN COGITANDO NATURALIS non eſt niſi repraeſentatio Regulae illius, quae in eſſentia humana rationem ſufficientem agnoſcit, ſecundum quam cogitationes ſibi invicem ita ſuccedunt, ut cogitationis conſequentis exiſtentia ſemper in exiſtentia cogitationis antecedentis rationem ſufficientem agnoſcat; quà ſuas partes, per voces determinatae ſignificationis facta.

Coroll. I. *Regulae Heuretices*, ſive doctrina de eſſentia humana, in qua rationem ſuam ſufficientem agnoſcunt, demonſtrari quidem nequeunt: applicari tamen poſſunt ſine cognitione diſtincta rationis ſufficientis, quam in eſſentia humana agnoſcunt.

Coroll. II. Per *Heureticen* conſequimur promtitudinem veritates, nobis incognitas, ex principiis infallibilibus methodo infallibili deducendi.

Scho-

Scholion: *Principia infallibilia* ſunt vel *prima*, ut definitiones poſſibiles, propoſitiones identicae, axiomata, poſtulata & obſervationes; vel *orta*, ut theoremata & problemata omnia, ex principiis deducta. *Principia infallibilia:*

Methodus autem *infallibilis* eſt ipſa demonſtratio, per Syllogiſmos formales, in quibus praemiſſae ſunt principia vel prima, vel orta, & concluſio cum praemiſſis ita cohaeret, ut unum ſine altero cogitare nobis ſit impoſſibile. *Methodus infallibilis:*

Coroll. III. *Heuretice* involvit promtitudinem demonſtrandi: quatenus ſine *demonſtrationibus* veritates incognitae ex cognitis infallibiliter deduci non poſſunt. *Demonſtrare quid?*

Coroll. IV. *Heureticen* igitur conſequimur per culturam *Geometriae*, quippe in quâ demonſtrationes ſunt rigoroſae; ſcientiam autem rerum aliarum conſequimur per Artem inveniendi, â regulis demonſtrandi, in Geometria applicatis, abſtractam; quatenus *Scientia*, non eſt, niſi cognitio veritatis, ex principiis infallibilibus infallibili methodo deductae. *Demonſtrationes geometricae.* *Scientia.*

Caput

Caput I.

De Regulis praecipuis Intelle ctum noſtrum dirigentibus, in formandi Notionibus diſtinctis ſpecierum & gene rum ex perceptionibus rerum ſin- gularium.

Conſpectus.

I. Experientia fundamentalis: II. Perce ptio: III. obſcura; clara; diſtincta; conf ſa; Apperceptio: IV. Conſcientia: V. Sen ſatio; Senſus: VI. Phantaſma: Phantaſ vel Imaginatio: VII. Notio rei; Notio v cis: VIII. Notio clara; obſcura: IX. diſti cta; confuſa: X. completa; incomplet XI. adæquata; inadæquata: XII. Regu inveniendi notiones rerum diſtinctas; uſ teleſcopiorum; microſcopiorum: XIII. Reg la inveniendi notiones rerum adæquatas XIV. Regula conſervandi notiones diſtincta ſemel acquiſitas: XV. Abſtrahere quid? P ſibile; Intellectus: Geneſis Notionum conf ſarum; diſtinctarum: XVI. Cogitatio ſi Idea: XVII. Individuum: XVIII. Univerſ le: XIX. Species: Genus: Regula invenie di Species & genera rerum: Regulæ exte dendi cognitionum poſſibilium: Prædica lia vulgaria: Entia mathematica: X Regula inveniendi novas rerum ſpecie

XX

XXI. Regula inveniendi possibilitatem notionum; Principium possibilitatis notionum: XXII. Notio arbitraria: quando sit impossibilis? XXIII. Regula inveniendi possibilitatem notionum arbitrariarum: XXIV. Definitio: Descriptio: XXV. Definitio nominalis: requisita definitionum nominalium: XXVI. Definitio realis: requisita definitionum realium: XXVII. Genesis quid? Essentia: XXVIII. Regula inveniendi definitiones reales; (α) generalis: XXIX. (β) Specialis.

I.

CUm videmus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus: aliquid nobis, ut extra nos existens, repraesentamus. *Experientia fundamentalis:*

Scholion: Hanc experientiam non *Dualistae* tantum, sed & *Monistae* omnes, sive fuerint *Idealistae*, iique vel *Pluralistæ*. vel *Egoistae*, sive *Materialistae*, concedunt.

II.

Ipsa repraesentatio rerum, ut extra nos existentium, in genere dicitur PERCEPTIO. *Perceptio:*

III.

Cum repræsentationem rei, nec à nobis ipsis, nec ab aliis repraesentationibus distinguimus: repraesentatio illa dicitur PERCEPTIO OBSCURA. Cum repraesenta- *Obscura:*

ſentationem aliquam & à nobis ipſis & ab aliis repraeſentationibus diſtinguere valemus: PERCEPTIO rei, ut extra nos exiſtentis, dicitur CLARA. Cum nobis etiam partes, repraeſentationem totalem ingredientes, repraeſentamus, tanquam inter ſe & ab aliis, quae nobis ſimul repraeſentamus, diverſas: PERCEPTIO illius rei, ut extra nos exiſtentis, dicitur DISTINCTA; ſin minus, dicitur CONFUSA.

Clara; Diſtincta; Confuſa:

Scholion I. Ita, quæ uno oculi ictu videmus, *diſtincte percipimus*; partes autem repraeſentationis totalis, *clarè* quidem, ſed *confuſe*, & partium exiguarum partes ipſaque elementa in partibus *obſcurè* tantum *percipimus*.

Apperceptio:

Scholion II. *Perceptiones obſcurae* retinent nomen *Perceptionum* in genere: *clarae* autem & *diſtinctae* in ſpecie vocantur APPERCEPTIONES.

IV.

Conſcientia;

Claritas Perceptionis involvit CONSCIENTIAM: quae ſe exſerit per diſtinctionem perceptionis à percipiente & ab aliis perceptionibus.

Scholion: A RENATO CARTESIO & à CHRISTIANO WOLFIO, o-

manis

mnis Perceptio, cujus nobis conſcii ſumus, dicitur *Cogitatio.*

V.

Perceptiones clarae rerum, ut extra nos exiſtentium, cum conſcientia praeſentiae eorum, quae repraeſentantur dicuntur in ſpecie SENSATIONES. Vis autem ipſa res ſibi hoc modo repraeſentandi; dicitur SENSUS. Tales *Senſus* vulgo qvinqve numerantur, nobis cogniti: VISUS, AUDITUS, GUSTUS, OLFACTUS & TACTUS. *Senſatio; Senſus:*

VI,

Perceptiones clarae rerum, ut extra nos exiſtentium, cum conſcientia abſentiae eorum, quae repraeſentantur: dicuntur in ſpecie PHANTASMATA. Vis autem ſibi clare repraeſentandi res, ut abſentes & olim perceptas: dicitur PHANTASIA & IMAGINATIO. *Phantaſma: Phantaſia vel Imaginatio:*

Coroll. *Senſationes* ſunt repraeſentationes ſtatus noſtri praeſentis, in qvibus rationem ſufficientem agnoſcunt *Phantaſmata*, tanqvam repraeſentationes ſtatus noſtri praeteriti.

VII.

Perceptionibus autem rerum, ut extra nos exiſtentium, multa inſunt, ex quibus res illas cognoſcere poſſumus, & *Notio rei;*

omne id, ex qvo rem aliqvam cogno-
ſcere poſſumus, in genere dicitur NO-
TIO illius REI.

Notio Vocis:

Coroll. I. Unius ejusdemqve rei diver-
ſae dantur *Notiones.*

Coroll. II. Et cum rem aliquam ea-
dem etiam voce deſignemus: *No-
tio rei* ſimul eſt NOTIO VOCIS
& diverſæ quoqùe dantur unius, e-
jusdemque vocis *Notiones.*

VIII.

Notio clara,

Obſcura;

Si illa, ex quibus rem aliqvam cogno-
ſcimus, ad rem illam, ab aliis omnibus
diſtinguendam, ſufficiant: NOTIO CLA-
RA dicitur. Si non ſufficiant: NOTIO
OBSCURA vocatur.

Scholion: Tales *Notiones obſcuræ*
ſunt rerum nimis remotarum & exi-
guarum: quatenus illa, ex qvibus
res tales cognoſcimus, ad easdem
ab aliis diſtinguendas, non ſuffi-
ciunt.

IX.

Diſtincta;

Si illa, ex qvibus rem aliquam cogno-
ſcimus, non tantum ad eandem, ab omni-
bus aliis rebus diſtinguendam, ſufficiant
ſed in poteſtate ſimul noſtra ſit poſitum
enumerare illas notas nobisqve ſeorſim
per Signa peculiaria repraeſentare: NO-
TIO

TIO DISTINCTA vocatur. Sin minus: vocatur NOTIO CONFUSA. *Confusa:*

Coroll. Quo plura eorum, ex quibus rem aliquam cognoſcimus. Signis peculiaribus nobis repraeſentare poſſumus: ea *Notio* illius rei eſt *diſtinctior*.

X.

Si non tantum notas illas enumerare & ſeorſim per Signa diverſa nobis repræſentare valeamus, quæ ſufficiunt ad rem illam, ab aliis omnibus diſtinguendam; ſed & omnes notas, quibus res illa ab omnibus aliis diſtinguitur, enumerare poſſimus: NOTIO COMPLETA vocatur. Sin minus: NOTIO INCOMPLETA appellatur. *Completa; Incompleta;*

XI.

Si denique omnium etiam, notarum, quibus res aliqua ab omnibus aliis rebus diſtingvitur, habeamus notiones diſtinctas; NOTIO ADÆQUATA nominatur. Sin minus: dicitur NOTIO INADAEQVATA. *Adæquata; Inadæquata.*

Scholion I. In Analyſi *Notionum diſtinctarum* raro ad notas irreſolubiles devenitur. Qvod etiam neceſſarium non eſt, ſi demonſtratio ſine tali Analyſi ad finem perduci poſſit.

Scholion II. Haec *Notionum* nostrarum evolutio primum debetur GODOFRIDO GUILIELMO LEIBNITIO, à WOLFIO postmodum & GEORG. BERNHARDO BüLFFINGERO exculta. Videatur ipsius LEIBNITII Meditatio de Cognitione, Veritate & Ideis in *Actis Eruditorum Lipsiensibus* A.MDCLXXXIV Mense Novemb. *p.* 537 - 542.

XII.

Regula inveniendi notiones rerum distinctas.

Inveniuntur *Notiones* rerum *distinctæ* *(I.)* attendendo ad singulas notas, ex quibus rem praesentem cognoscimus, easdemque sibi seorsim per voces peculiares repraesentando, *(II.)* comparando eas inter se, beneficio vocum, & quomodo se invicem in re aliquâ, ab aliis distinguendâ, respiciant, & quantum quælibet ad distinctionem rei ab aliis conferat, inqvirendo *per* §.*IX*.

Coroll. I. Quo notae sunt pauciores ex quibus rem aliquam cognoscimus, eo facilius *Notionem distinctam* illius rei invenimus.

Usus telescopiorum;

Coroll. II. *Notionibus distinctis* rerum remotarum acquirendis, inserviunt *Telescopia*, quorum beneficio nobis notæ, qvae sufficiunt ad res remotas, ab aliis distingvendas, innotescunt

teſcunt; & *Notionibus diſtinctis* rerum minutiſſimarum acqvirendis, inſerviunt *Microſcopia*, eandem ob rationem. *Microſcopiorum;*

XIII.

Ad *Notiones* autem *adæquatas* inveniendas requiritur *(I.)* ut inveniantur *notiones diſtinctæ* omnium notarum ingredientium, *per* §. *XII.* *(II.)* ut deveniatur ad notas ſimpliciſſimas, quæ in alias primigenias reſolvi non poſſunt, *per* §. *XI.* *Regula inveniendi notiones rerum adæquatas:*

XIV.

Patet etiam ex antecedentibus, quomodo *Notiones diſtinctæ* fieri poſſint *confuſae*, & *confuſæ* prorſus *obſcuræ*: Si ſcilicet notas quasdam ex illis, quæ ad rem aliquam, ab aliis diſtingvendam, requiruntur, non amplius enumerare, & beneficio certorum Signorum nobis iterum repraeſentare valeamus: *Notio diſtincta* redditur *confuſa*. Qvod ſi notæ, ex quibus rem aliqvam cognoſcimus, non amplius ſufficiant ad rem illam, ab aliis diſtinguendam: *Notio clara* degenerat in *obſcuram per* §. *IX.* & *VIII.* Qvod fieri obſervamus per oblivionem, & per attentionis & repetitionis defectum, *Regula conſervandi notiones diſtinctas, ſemel acquiſitas.*

Coroll: *Notiones diſtinctae* beneficio vocum in charta ſunt conſervandæ,

dæ, ut eas ſæpius reproducere Signorum illorum adminiculo poſſimus.

XV.

Abſtrahere quid? Illa, quæ perceptionibus pluribus rerum, ut extra nos exiſtentium, inſunt, quatenus *abſtrahuntur* à perceptionibus rerum præſentium, hoc eſt, ita à nobis conſiderantur, ut non conſiderentur determinationes extrinſecæ, loci & temporis, ſive coëxiſtentium & ſuccedentium: *Poſſibile:* dicuntur POSSIBILIA. Vis autem illa, ſibi diſtincte repræſentandi diverſa poſſibilia, beneficio diverſorum Signorum: *Intellectus:* dicitur INTELLECTUS.

Coroll. I. *Notiones* ſunt *Poſſibilium per* §. *VII.*

Coroll. II. *Notiones* rerum *diſtinctæ* pertinent. ad *Intellectum*, *per* §. *XV. claræ* ad *Imaginationem*, *per* §§. *V. VI. & VIII.*

Coroll. III. *Notiones* rerum *diſtinctae* alteri beneficio vocum communicari poſſunt: *claræ* non niſi per præſentiam rei, Senſibus exhibitæ.

Geneſis notionum confuſarum: Diſtinctarum: Coroll. IV. Hinc *notiones* rerum *confuſæ* eruuntur ab *Imaginatione* ex perceptionibus confuſis; contra *notiones* rerum *diſtinctæ* eruuntur ab *Intellectu*, ſingula, quæ Senſationi

tioni ei phantaſmati in ſunt, à ſe invicem per voces determinatæ ſignificationis diſtinguendo, & ea, quæ utriqve ſunt communia, ſeparando per easdem ab iis, qvibus inter ſe differunt.

Scholion: Præclare omnino de differentia *Intellectus* à *Senſibus* PLATO diſſerit Lib. VI. *de Republica p. 479.* collata *Epiſtolâ VII. p.719. edit. Lugdun.1590. in fol.*

XVI.

Ipſa repræſentatio diſtincta poſſibilium, per voces determinatae ſignificationis facta, à nobis hoc loco dicitur COGITATIO vel IDEA. *Cogitatio ſive Idea:*

Coroll. I. *Cogitationes* ſunt *poſſibilium per* §§. *XV. XVI.*

Coroll. II. Omnis *Cogitatio* involvit *Conſcientiam. per* §.*IV.* & eſt *Apperceptio, per Schol. II.* §. *III.* non contra

Coroll. III. *Notiones diſtinctæ* ad *Cogitationes* pertinent, *per* §.*IX.*

Coroll. IV. Cùm *Cogitatio* à nobis in diſtincta repræſentatione ponatur, & id quod in *Perceptione* aliquâ *totali* diſtinctum eſt, nobis per peculiaria ſigna ſeorſim repraeſentare valeamus, *per* §. *III. & IV.* quicquid

in *Perceptione totali* diſtinctum eſt ad *Cogitationem*; quicquid confuſum eſt ad *ſenſationes* vel *phantaſmata*; quicquid obſcurum eſt, ad *perceptionem nudam* pertinet, *per* §§ *XVI. V. VI. & Schol. II.* §. *III.*

XVII.

Individuum: Res illa, quæ non tantum qua notas intrinſecas, ſed & extrinſecas omnes omnimode eſt determinata: RES SINGULARIS vel INDIVIDUUM appellatur.

Coroll. I. *Perceptiones* ſunt *individuorum*, *per* §. *II.*

Coroll. II. *Perceptiones* etiam *diſtinctæ* qua partes ſunt *confuſæ* & qua partium partes ſunt *obſcuræ*, *per* §. *XVII.* & *Schol. I.* §. *III.*

XVIII.

Univerſale: Quatenus illa, quæ perceptionibus rerum, ut extra nos exiſtentium, inſunt, pluribus perceptionibus diverſorum Individuorum ſunt communia: UNIVERSALIA nominantur.

Coroll. Quicquid in *perceptionibus ſingularium*, ſive ſint *Senſationes*, ſive *Phantaſmata* diſtinctum eſt: ad *Intellectum*; non ad *Senſus* vel *Imaginationem* pertinet: & quicquid in *Notionibus*

nibus Universalium confusum est: non ad *Intellectum*; sed ad *Imaginationem* pertinet, *per cor. I. & IV. §. XVI.*

XIX.

Et quidem *universale* dicitur SPECIES; si attendatur ad omnes notas intrinsecas, quas perceptiones diversorum *Individuorum* inter se communes habent: si attendatur ad illas notas intrinsecas, qvas plures notiones diversarum *Specierum*, inter se collatæ, communes habent; non consideratis illis notis, qvibus diversimode determinantur, *Universale* GENUS appellatur. *Species:* *Genus:*

Coroll: I. In *Individuis* alicujus *Speciei* omnia eodem modo sunt determinata, exceptis ultimis determinationibus existentiæ & successionis. *Regula inveniendi Species & genera rerum:*

Coroll. II. *Notiones & Cogitationes* sunt *Specierum & Generum, per §§. VII. XVI. & XIX.*

Coroll. III. Qvo notiones sunt universaliores, eo distinctior & amplior ex illis deducitur cognitio. *Ragula extendi cognitionem possibilnm:*

Coroll. IV. Notiones *Specierum & Generum* per exempla singularia *Imaginationi* clariores fiunt.

Scholion I. In hoc Corollario fundatur ratio; *cur exempla fortius moveant voluntatem, qvam praecepta:*

qva

qva de praeclare philoſophatur G.B. BULFFINGERUS *in Specimine doctrinae veterum Sinarum moralis & politica Sect. II. §.LXX. p.81. ſeq. edit. Francof. ad Mœn. 1724. in 8.*

Praedicabilia vulgaria: Scholion II. *Praedicabilia Vulgaria* inſerviunt ordinandis diſtinctis notionibus & ſupponunt repraeſentationem diſtinctam Similitudinis rerum, ab Intellectu factam.

Entia Mathematica: Scholion III. *Genera & Species Entium Mathematicorum* ideò facilè inveniuntur, quod, quae illis inſunt, facilè enumerari poſſunt.

XX.

Regula inveniendi novas rerum ſpecies: Si id, quod in notione aliqua eſt indeterminatum, determinetur; item, ſi id, quod hoc modo & determinatum, alio modo determinetur: oritur inde *Notio novæ ſpeciei.*

XXI.

Regula inveniendi poſſibilitatem notionum: POSSIBILITAS NOTIONUM fundatur in perceptionibus rerum, ut extra nos exiſtentium; quatenus nobis ſimul conſcii eſſe & non conſcii eſſe non poſſumus, nos res praeſentes hoc modo & non hoc modo percipere; *poſſibile* autem illud dicitur, quod perceptionibus pluribus rerum, quas, ut extra nos exi-

existentes, nobis repraesentamus, inest, & ab illis abstrahitur per Intellectum, *per* §. *XV*. Erunt igitur *Notiones specierum possibiles, per* §. *XIX*. Sed *Notiones generum* à Notionibus diversarum specierum abstrahuntur, *per* §. *XIX*. Ergò & *Notiones generum possibiles* sunt.

Coroll. PRINCIPIUM POSSIBILITATIS NOTIONUM est *Principium contradictionis*, vi cujus unum idemque praedicatum, de uno eodemque subjecto simul affirmari & negari non potest. *Principium possibilitatis notionum:*

XXII.

Quid si pro lubitu assumamus notas quasdem, easdemque nobis repraesentemus per voces determinatæ significationis: notio, inde resultans, dicitur NOTIO ARBITRARIA. Cum autem voluntas nostra efficere non possit, ut impossibilia fiant possibilia: si notæ assumtæ fuerint incompatibiles; *notio arbitraria* erit *impossibilis*, h. e. voces illae, qvibus eam nobis repraesentamus, erunt inanes & nihil significantes. *Notio arbitraria:* *Quando sit impossibilis?*

XXIII.

Quare si de *Possibilitate notionum arbitrariarum*, certi esse velimus: vel in hâc rerum universitate rem singularem, cui *Regula inveniendi possibilitatem*

notæ,

notionum arbitrariarum: notæ, arbitrario assumtæ, insunt, observare, vel modum, qvo res singulares, cui *notio arbitraria* conveniat, oriri possit, vocibus explicare, vel nexum necessarium notionis illius cum aliis notionibus possibilibus ostendere tenemur.

XXIV.

Definitio: *Notio* dicitur DEFINITIO: si id, qvod continet, per voces determinatae significationis intellectum repræsentatum, sufficiat ad rem aliqvam ab omnibus aliis rebus semper & ubique distinguendam, ita ut nullo in casu res illa cum alia quacunque re confundi possit. *Notio* autem *Descriptio:* DESCRIPTIO vocatur, si id, qvod continet, tantum sufficiat ad rem aliquam, ab aliis hic & nunc distinguendam.

Coroll: Ad *Definitiones* requiruntur *notiones completæ*, aut ad minimum *distinctæ, per §. X. & IX.*

XXV.

Definitio nominalis: Cum *Notio rei* simul sit *Notio Vocis, per Cor. II. §. VII.* patet, cur *Definitio* talis dicatur DEFINITIO NOMINALIS: quoniam scilicet significationem vocis ita determinat, ut vox illa cum nulla alia voce, rem aliam significante, confundi possit.

Requisita definitio- Coroll: I. Significationes vocum, *Definitionem Nominalem* ingredientium, esse debent

debent cognitæ, vel in antecedentibus jam explicatæ. *num nominalium.*

Coroll. II. Voces, *Definitionem nominalem* ingredientes, non debent esse impropriæ, nisi significatio illarum per alias voces proprias determinetur.

Coroll. III. Voces, *Definitionem nominalem* ingredientes, non debent esse Synonyma Vocis definiendae.

Coroll. IV. Voces, *Definitionem nominalem* ingredientes, non sunt iterum definiendae, per vocem aliqvam, qvæ per illas definitur.

Coroll. V. *Definitiones nominales* sunt principia cognitionis nostrae, *per §. VII. & XXIV.*

Coroll. VI. *Definitiones nominales* non progrediuntur in infinitum: quatenus dantur voces, quarum significatio per praesentiam ipsarum rerum usu addiscitur.

XXVI.

Quod si *Definitio* modum per voces determinatæ significationis repraesentet, qvo res definita existere potest: dicitur DEFINITIO REALIS. *Definitio realis:*

Coroll:

Requisita definitionum realium:

Coroll: Ad *Definitionem realem* inveniendam requiritur cognitio distincta, (I.) *Elementorum*, ad *Genesin rei* concurrentium, (II.) *modi*, qvo *Elementa* ad *Genesin rei* concurrunt.

Genesis quid?

XXVII.

Cum GENESIS sit modus, qvo res existere potest: est primum illud, qvod de re qvalibet cogitari potest, & in qvo omnia, qvæ rei semper & ubiqve conveniunt, rationem suam sufficientem agnoscunt. Primum autem illud, dicitur ESSENTIA REI: & proinde *Genesis absolvit essentiam rei.*

Regula inveniendi definitiones reales; (α) generalis:

XXVIII.

Inveniuntur *Definitiones reales* (I.) per combinationem *notionum compossibilium*, *per* §.*XXI.* *(II.)* per inquisitionem modi, qvo inveniri potuerint *Definitiones reales*, jam inventæ, (III.) per observationem *Geneseos* rei praesentis.

(β) Specialis;

XXIX.

Ex *Definitionibus* autem *nominalibus* inveniuntur *Definitiones reales* (I.) inveniendo *notiones distinctas* omnium eorum, qvæ in *definitione* aliqva *nominali* continentur, *per* §. *XII.* (II.) notiones illas conferendo & attendendo ad id, quod quaelibet ad *Genesin rei* confert, *per cor.* § *XXVI.*

Schol:

Scholion: Hac via inveniuntur *Definitiones reales* machinarum, plantarum, animalium &c.

Caput II.

De Regulis praecipuis, Usum Vocum, qvatenus Notionum distinctarum commodissima sunt Signa, dirigentibus.

Conspectus.

I. Signum: Signa Cogitationum sunt voces: II. cur sint? III. Et cur sint Signa cogitationum commodissima? IV. Usus vocum genuinus in communicatione cogitationum: Regula prima circa voces inanes: V. Cur de impossibilibus loquentes nos invicem intelligamus? VI. Regula secunda circa voces inanes: VII. Notio Soni non est notio vocis vel rei: VIII. Regula dijudicandi vocum obscuritatem: IX. Logomachiarum origo: X. Regula inveniendi proprias vocum Significationes.

I.

Ut notiones distinctas rerum, à nobis beneficio regularum praecedentium inventas, cum aliis communicare possimus: Signis opus est. SIGNUM autem *Signum:*

C id

id omne dicitur, quod, præter ſui notionem, alterius adhuc rei notionem in nobis excitat. Jam ad praeſentiam rei ſingularis, audiendo rem praeſentem ita & non aliter vocari, notiones rei illius & vocis ſimul à nobis producuntur, adeoque *Voces ſunt Signa notionum & cogitationum noſtrarum.*

Signa cogitationum ſunt voces:

II.

Cur ſint?

Si duæ perceptiones ſemel à nobis ſimul fuerint productæ: earum una reproducta, reproducitur, & altera, *per Exper.* Hinc fit, ut ad auditum vocis *Notio rei*, per vocem ſignificatæ, & ad præſentiam rei, ipſa Vocis perceptio à nobis producatur.

III.

Et cur ſint Signa cogitationum commodiſſima?

Signa cogitationum commodiſſima ſunt, quæ non tantum diverſitatem notionum, ſed reſpectum etiam & mutuam dependentiam nobis repræſentant. Talia ſigna *voces* eſſe, ex illarum eſſentia deduxit R. P. LAMY *dans l' Art de parler Lib. I. Capitibus VI. VII. VIII. IX.*

Scholion I. Hinc voces ab omnibus etiam gentibus in communicandis cogitationibus & notionibus, à perceptionibus rerum ſingularium abſtractis, cum aliis electæ ſunt.

Scho-

Scholion II. Hinc etiam ſine *tacito Vocum uſu* nec Notiones à ſe invicem diſtinguere, nec aliqvid memoriæ mandare, nec ſine vocibus judicare, nec unum ex alio deducere, deniqve nec quicqvam meditari poſſumus.

IV.

Ex dictis patet, quid requiratur ad id, *ut nos ipſos & alios, nobis loquentes, intelligamus.* Scilicet (I.) ut loquens cum ſingulis vocibus peculiares conjungat notiones, (II.) ut audiens cum iisdem vocibus easdem, quas loquens, conjungat notiones.

Uſus vocum genuinus in communicatione cogitationum;

Coroll. Indicium igitur certum eſt, quod cum voce aliqua nullam conjungamus notionem, ſi, nos ipſos interrogando, quidnam nobis beneficio ſingularium vocum repraeſentemus, nullius peculiaris notionis nobis fiamus conſcii.

Regula prima circa voces inanes:

Scholion: Poteſt tamen fieri, ut *vocis* alicujus *claram* ad minimum *notionem* aliquando habuerimus, cujus nunc habemus nullam.

V.

Si voces duas conjungamus, quarum notiones claras per Senſationem acqui-

Cur, de impoſſibi-

 ſivi-

libus loquentes, nos invicem intelligamus.

ſivimus; notiones autem illæ ſint incompatibiles nos invicem intelligere poſſumus, utut nullam vocis compoſitae habeamus notionem. *Notio* enim talis *arbitraria* eſt impoſſibilis, *per* §. *XXII. Cap. I.* & impoſſibilium nullæ dantur notiones, *per Cor. I.* §. *XV. Cap. I.*

VI.

Regula ſecunda circa voces inanes:

Ne igitur voces inanes unquam cum notionibus poſſibilibus confundamus: *Notionum poſſibilitas* ante omnia examinanda eſt, ſecundum §§. *XXI. XXII. XXIII. Cap. I.*

VII.

Notio Soni non, eſt Notio vocis vel rei.

Si cum vocibus nullas conjungamus notiones poſſibiles, *notionem* quidem *claram* habemus *Soni* ſingularium vocum, quatenus illas ab aliis omnibus diſtingvere poſſumus, *per* §. *VIII. Cap. I.* non autem rei alicujus, per Sonum ſignificatæ.

Coroll: In vita communi & multis etiam Eruditorum diſputationibus, alter alteri loqui poteſt, & quæ loquitur unus, intelligere poteſt alter: licet neuter *notiones claras* illorum, de quibus loquitur, & quæ audit, poſſideat; cùm de meris impoſſibilibus inſtituatur diſputatio.

VIII.

Regula dijudi-

Cavendum tamen eſt, ne ſtatim, tanquam

quam voces, nihil ſignificantes, rejiciamus terminos illos, quorum *notiones claræ* atque *diſtinctæ* nobis adhuc ſunt incognitæ. Poſſunt enim alii cum terminis ejusmodi conjungere *notiones claras* atque *diſtinctas.* *candivocum obſcuritatem:*


IX.

Si cum vocibus iisdem unus hanc, alter aliam notionem conjungat: oriuntur LOGOMACHIAE. *Logomachiarum origo;*

Scholion: Patet hinc neceſſarii *Definitionum nominalium* in ſcientiis omnibus Uſus ratio, *per Cor.V.* §. *xxv. Cap.I.*

X.

Inveniuntur autem *propriæ* vocum *ſignificationes*: (I.) attendendo circumſtantias omnes in caſibus ſingularibus, in quibus aliqua voce in communi vita uti ſolemus, (II.) inveniendo ex illis notas rei, per vocem ſignificatæ, quibus illa ab aliis omnibus diſtingvitur. *Regula inveniendi proprias vocum ſignificationes:*



Caput III.

De Regulis praecipuis, Rationem noſtram dirigentibus, in formandis Judiciis Univerſalibus ex notionibus diſtinctis rerum, ab Intellectu inventis.

Conſpectus.

I. Veritas notionum: II. Judicium: III. fit beneficio vocum: Subjectum; prædicatum propoſitio; affirmativa; negativa; IV. Vera; concipere propoſitionem; non poſſe concipere; falſa: Principium veritatis & falſitatis Judiciorum: V. nullum habere conceptum alicujus propoſitionis; myſteriorum veritas: VI. Senſus internus; Memoria; Ratio: VII. Judicia Senſus interni quatenus ſint falſa: VIII. Fundamentum propoſitionum univerſalium; & particularium; Signa propoſitionum univerſalium; & particularium; propoſitio indefinita; ſingularis: IX. Analyſis propoſitionum in hypotheſin & theſin; ejusdemque uſus: X Judicium intuitivum: univerſale: XI. Geneſis Judiciorum univerſalium: XII. Propoſitio theoretica; practica: XIII. Axioma Poſtulatum: XIV. Theorema: Problema: XV. Corollarium: Scholion.

I. VE-

I.

VERITAS NOTIONUM in possibilitate earundem consistit, *per §.XXI. Cap.I.* Ex compositione autem compossibilium *nova* oriuntur *Possibilia, per §.XXII. Cap.I.* *Novae* igitur *veritates ex notionum possibilium inter se comparatione resultant.* *Veritas notionum:*

II.

Si duas notiones inter se conjungamus, vel duas notiones à se invicem separemus: in genere dicimur JUDICARE. *Judicium:*

III.

Cum Signa notionum nostrarum commodissima sint voces, *per §.III. C.II.* quodlibet *Judicium* ingrediuntur duae voces; quarum una rem repraesentat, cui aliquid competere vel non competere nobis conscii sumus, & altera repraesentat ipsum attributum. Illa dicitur SUBJECTUM: haec PRAEDICATUM. Oratio autem, ex *Subjecto & Prædicato* constans: dicitur PROPOSITIO; eaque vel AFFIRMATIVA, vel NEGATIVA. *Fit beneficio vocum:* *Subjectum; Praedicatum; Propositio; Affirmativa; negativa;*

IV.

Si in potestate nostra non sit positum, ut cogitemus *Subjectum*, nisi cogitemus & *Prædicatum*: oratio, notiones *Subjecti & prædicati* repræsentans, dicitur PROPOSI- *Propositio vera;*

Concipere propositionem: non posse concipere: Propositio falsa:

POSITIO VERA; & nos talem PROPOSITIONEM dicimur CONCIPERE: ejusdem autem contradictoriam dicimur NON POSSE CONCIPERE; & Propositio talis dicitur PROPOSITIO FALSA.

Principium veritatis & falsitatis Judiciorum:

Coroll: PRINCIPIUM VERITATIS ET FALSITATIS JUDICIORUM est *Principium contradictionis*, & proinde item, quod est *Possibilitatis notionum per cor. §.XXI. Cap.I.*

V.

Nullum habere conceptum alicujus propositionis; Mysteriorum veritas:

Si nexus *Subjecti* & *prædicati* nobis sit incognitus: dicimur PROPOSITIONIS ejusmodi NULLUM adhuc HABERE CONCEPTUM.

Scholion: Amplissimus hujus distinctionis *in dijudicanda Mysteriorum Veritate* Usus est.

VI.

Sensus internus;

Vis illa exspectandi consecutionem *duarum Perceptionum confusarum*, semel à *Sensu* vel ab *Imaginatione* comproductarum, vel duarum *notionum confusarum*, ab *Imaginatione* comproductarum; SENSUS INTERNUS appellari potest. Vis autem, qva nobis *perceptionis* alicujus à *Sensu*, vel *notionis confusæ*, ab *Imaginatione*, vel *distinctæ*, ab *Intellectu* reproductæ

ductæ, evadimus confcii, tanquam jam olim productæ: dicitur in genere MEMORIA. Vis denique illa, quam in nobis effe experimur, connectendi inter fe vel feparandi à fe invicem *notiones distinctas poffibilium*: RATIO commode appellatur. *Memoria;* *Ratio;*

VII.

Cum *notiones confufae* ab *Imaginatione* formentur ex *perceptionibus* rerum fingularium *confufis*, *per cor.IV.* §.*XV.* *Cap.I.* & in omnibus *perceptionibus fingularium* diverfitas plurium fit indifcernibilis, *per Schol.I.*§.*III.* *Cap.I.* confequenter diverfa repraefentur ut eadem: patet ratio, *cur judicia, à fenfu interno ex notionibus rerum confufis formata, poffint effe falfa;* fcilicet in quantum illa rationem fufficientem agnofcunt in eo, qvod in perceptionibus fingularium *confufum* vel planè *obfcurum* eft. *Judicia Senfus interni quatenus fint falfa:*

VIII.

UNIVERSALITAS PROPOSITIONUM in *notione fubjecti* fundatur. Quod fi enim illa rationem fufficientem contineat, cur fubjecto vel conveniat vel non conveniat *prædicatum*: omnibus fub fubjecto contentis aut convenit aut non convenit *prædicatum*. PARTICULARITAS *Fundamentum Propofitionum univerfalium;* *Et particularium:*

TAS autem PROPOSITIONUM fun datur in rebus, quæ sub certis circum stantiis cum *subjecto* vel connexæ sunt vel non sunt connexæ; adeoque in *Pro positionibus particularibus* ratio sufficiens cur *prædicatum* vel conveniat vel non conveniat *subjecto*, quærenda est extra *notionem subjecti*.

Signa propositionum universalium;

Scholion: SIGNUM UNIVERSALI TATIS PROPOSITIONUM AFFIR MANS est τὸ *OMNE*: NEGANS est τὸ *NULLUM*. Utrumque, si non formaliter, virtualiter tamen in omnibus *Propositionibus universalibus* adest. SIGNUM PARTICULARI TATIS PROPOSITIONUM AFFIR MANS est τὸ *QUIDAM*: NEGANS est τὸ *QUIDAM NON*. Signum Universalitatis vel Particularitatis omissum, reddit PROPOSITIO NEM INDEFINITAM. Omnis autem *propositio*, cujus *subjectum* est individuum, quaeque hinc dicitur vulgo PROPOSITIO SINGULA RIS, virtualiter est *universalis*.

Et particularium:

Propositio indefinita;

Singularis:

IX.

Analysis propositionum

Analysis cujuscunque *Propositionis* fie ri potest in duas partes: quarum prima dicitur HYPOTHESIS sive conditio, sub qua

qua hoc vel illud *subjecto* vel competit, vel non competit, altera dicitur THESIS, sive id ipsum, qvod *subjecto* sub conditione illa vel competit, vel non competit. *in hypothesin & thesin:*

Coroll. Omnis *Propositio absoluta* virtualiter est *conditionalis.*

Scholion I. Usus hujus Analyseos in demonstrationibus se exserit: quatenus illa rationem sufficientem manifestat, cur *praedicatum* de *subjecto* vel affirmetur, & vel negetur cur unum cogitemus semper propter alterum; sive id fiat immediate, sive mediate; vel cur posterius cogitare non possimus, si cogitemus prius. *Ejusdemque usus;*

Scholion II. Hinc de *Particula conditionali* SI praeclare philosophatur PLUTARCHUS περὶ τοῦ ει, *Operum Tom. II. p. 386. seq. edit. Paris. 1624. in fol.*

X.

Propositiones verae, quae per Experientiam nobis innotescunt: vocantur JUDICIA INTUITIVA; dum aliquid hic & nunc esse vel non esse, fieri vel non fieri observamus; & impossibilie est, ut observemus, aliquid simul esse & non esse, simul fieri & non fieri. *Judicium intuitivum:*

Pro-

Propositiones autem veræ, ex definitionibus nominalibus, sive mediatè sive immediatè, deductæ: JUDICIA UNIVERSALIA appellantur.

Universale:

XI.

Genesis Judiciorum universalium:

Judicia universalia formantur vel à Sensu *interno* vel à *Ratione*, *per* §. *VII* *Sensus internus* imitatur *Rationem* connectendo vel separando notiones confusas ab *Imaginatione* olim ex *perceptionibus confusis* formatas: interveniente *Memoriâ* eorum, qvæ olim de subjecto vel legimus, vel audivimus. *Ratio* habitudinem *prædicati* ad *subjectum* ex *distinctis* utriusque *notionibus* deducit.

XII.

Propositio theoretica;

Quælibet *Propositio vera à* à *Ratione* ex notionibus *subjecti* vel *prædicati* distinctis deducta, vel continet aliquid *subjecto* competens, aut non competens, vel modum, qvo aliqvid in actum deduci potest:

Practica,

illa dicitur PROPOSITIO THEORETICA; hæc PRACTICA.

XIII.

Axioma:

Propositio theoretica, quæ ex elementis sive notis, in unicâ definitione contentis, & inter se comparatis, resultat: AXIOMA appellatur: *Propositio* autem

Postulatum:

practica ex unica definitione deducta, vocatur POSTULATUM.

XIV.

XIV.

Propoſitio theoretica, quæ ex plurium definitionum collatione demum invenitur: dicitur THEOREMA: *Propoſitio autem practica*, ex pluribus una definitionibus deducta; PROBLEMA appellatur. *Theorema: Problema:*

XV.

Denique *Propoſitio*, quæ vel *definitionis*, vel *axiomatis*, vel *poſtulati*, vel *problematis*, vel *theorematis* caſus ſpecialis eſt, aut inmediata conſequentia: COROLLARIUM nominatur. *Propoſitio* autem, quæ fontes inventionum, originem, progreſſum aliasque circumſtantias alicujus propoſitionis continet: SCHOLION appellatur. *Corollarium: Scholion:*

Scholion: Primus noſtris temporibus hanc Propoſitionum varietatem diſtinctius evolvit EHRENFRIED WALTHER a TSCHIRNHAUS *in Medicina Mentis Part. II. Sect. II. p. 48. ed. Lipſ. 1695. in 4to.*



Caput

Caput IV.

De Regulis praecipuis, Rationem nostram dirigentibus, in Syllogismis, ex Judiciis universalibus formandis.

Conspectus.

I. Syllogismus: II. Genesis Syllogismorum in communi vita: III. in Scientiis: IV. explicatur; illustratur: ordo cogitatatio-num naturlis: Servatur in Lingva Hebrai-ca: male a nonnullis negligitur: V. Termi-nus minor; medius; major: VI. Proposi-tio minor; Propositio major; Conclusio Pramissa: VII. Figura Syllogismi: prima secunda; tertia; quarta: VIII. Modi Syllogismi: IX. Quot modi sint possibiles quot sint utiles? X. Modi primæ figuræ secundæ; tertiæ; quartæ: Modi Flaciani XI. Figurarum in modis convenientia & dif-ferentia: XII. Principium Syllogismorum af-firmantium; & negantium: Dictum de O-mni & Dictum de Nullo: XIII. Consequen-tiæ formalis Syllogismorum fundamentum: XIV. Principium primum omnis consequen-tiæ formalis: idem cum principio possibilita-tis notionum & veritatis judiciorum: XV Sufficientia primæ Figuræ: Methodus di-

mon

monſtrandi Syllogiſmos ſcundae, tertiæ & quartæ figurarum ex prima: Methodus demonſtrandi converſionem propoſitionum: XVI. Demonſtratio geometrica; reſolubilis in Soriten conditionalem: Exemplum Demonſtrationis geometricæ, in prima principia per Syllogiſmos formales reſolutae: XVII. eſt medium inveniendi veritatem: XVIII. Enthymematis uſus: XIX. Syllogiſmi conditionalis requiſita: XX. Syllogiſmi disjunctivi geneſis: XXI. Reductio Syllogiſmorum conditionalium ad Syllogiſmos abſolutos primæ figuræ: XXII. immediatæ conſequentiæ an dentur.

I.

CUm ex duobus *judiciis* cognitis tertium elicimus, nobis antea incognitum: dicimur formare SYLLOGISMUM. *Syllogiſmus:*

Coroll. SYLLOGISMUS eſt *inveniendi veritatem* incognitam ex veritatibus jam cognitis, *per cor.* §. *IV. Cap. III.*

II.

Judicia incognita in communi vitâ formantur à *Senſu interno*, beneficio ſocius *memoriae*, ex judiciis duobus, ab eodem formatis ex notionibus rerum confuſis. Judicium primum producit *Senſus* *Geneſis Syllogiſmorum in communi vita.*

Sensus internus, mediante *Sensu extern*
secundum producit idem, mediantibu
Imaginatione & *memoria*: tertium pro
ducit idem, mediantibus duobus prae
cedentibus.

Scholion: Ex. gr. *Lycisca latrat. Omn*
latrans est canis. Ergo *Lycisca est canis.*

III.

In Scientiis.

Judicia incognita in Scientiis formantur *à Ratione*, beneficio *Reflexionis*, e
Judiciis duobus, ab eadem formatis e
notionibus rerum distinctis, quae *Intel*
lectus à perceptionibus rerum singula
rium abstrahit.

Scholion: Ex. gr. *Temperantia est pro*
positum voluntatis utendi cibo & pot
secundum dictamen rectæ rationi
Omne propositum utendi cibo & pot
secundum dictamen rectæ rationis e
propositum agendi secundum dictame
rectæ rationis. Ergo *Temperantia e*
propositum agendi secundum dictame
rectæ rationis.

IV.

Explicatur:

Scilicet dum ad *Notionem* aliquam re
vel *vocis per cor. II. §. VII. Cap. I.* attem
dimus: id qvod in notione illa contine
tur, invenimus, *per §. VII. Cap. III.* id
que, mediante notione de re vel voc
aut affirmamus, aut negamus, *per §. III*
Cap. III. Scho

Scholion I. Ita ex gr. *propriam MEI IPSIUS existentiam* invenio, attendendo ad *notionem MEI IPSIUS:* qvatenus hoc momento mihi conſcius ſum, me de exiſtentia mei dubitare. Cum enim in *notione* illa continеatur exiſtentia omnis illius, quod deſui exiſtentia ſe dubitare, ſibi intime eſt conſcium, ut, an dubitet, dum dubitat, dubitare abſolutè non poſſit: in poteſtate mea poſitum non eſt, ut non-exiſtentiam conjungam cum omni eo, quod ſe hoc momento de exiſtentia ſua dubitare, ſibi intimè conſcium eſt. Quodſi ſubſtituam medium hoc, ex *notione MEI IPSIUS* ſolâ attentione deductum, in locum *notionis* ipſius: ſignum illius medii, qvod eſt vox *exiſtentiæ*, cum *notione MEI IPSIUS*, quatenus intime mihi conſcius ſum, me de *exiſtentiâ* mei dubitare, conjungo; quia ſignum illud cum medio, ex *notione MEI IPSIUS* deducto, identificatur, conſequenter etiam in ipsâ *MEI IPSIUS notione* aſſumtâ continetur. Hinc Judicium hoc: *EGO EXISTO*, elicitur ex ſequentibus Judiciis univerſalibus, in quibus rationem ſufficientem agnoſcit: *Quicquid ſibi in-*

Illuſtratur:

D *time*

time conſcium eſt, ſe dubitare de exiſtentia ſui ipſius: illud eo ipſo momento, quo ſibi conſcium eſt, ſe dubitare, EXISTIT dubium. EGO ſum is, qui mihi intime conſcius ſum, me dubitare de exiſtentia mei ipſius. Ergo *EGO ſum is, qui hoc ipſo momento, quo mihi conſcius ſum, me dubitare, EXISTO dubius. Quidquid eo ipſo momento, quo ſibi conſcium eſt ſe dubitare, exiſtit dubium; illud EISTIT. EGO ſum is, qui hoc ipſo momento, quo mihi conſcius ſum, me dubitare, exiſto dubius:* Ergo *EGO eXISTO.*

Ordo cogitationum naturalis: Scholion II. Patet hinc ratio, cur *Cor.* § *1. Syllogiſmus* dicatur *medium inveniendi veritatem.* Si ſcilicet hoc ipſum in cogitando ſervemus ordinem, ut ex *notione* vocis *diſtinctâ* primum deducamus aliquid, qvod in eadem continetur, &, quod ex illa deduximus, de ipſa voce vel affirmemus vel negemus.

Servatur inLinguâ Hebraeâ. Scholion III. Servat hunc Cogitationum ordinem, in eſſentia humana fundatum *Lingva Hebraea*, in qua primum locum occupat ſubjectum, quo de ſermo eſt, ſecundum actus vel proprietas ſubjecti; tertium circumſtantiæ loci, temporis, mo-

di

di &c. Videtur BIAGIO GARI FALLO *de Poësi graeca & ebraea, italice in 4to.*

Scholion IV. Male ſibi conſulunt, qui alium in cogitando ordinem ſervant, & de *praedicato* ante ſunt ſolliciti, quam de *notione rei vel vocis*, cui *praedicatum* convenit: quia *notio rei*, vel id, quod ex notione illa jam deductum eſt, abſoluit medium affirmandi vel negandi *praedicatum* de *ſubjecto*. Hoc enim ipſo memoriæ ſuæ tantum Conſulunt in veritatibus, ab aliis naturali ordine inventis, facile reproducendis, neutiqvam autem promptitudinem illam veritates incognitas inveniendi ex cognitis conſequuntur. *Male à nonnullis negligitur:*

V.

In *Syllogiſmo* vox illa, quæ rem Significat, cui an aliquid vel competat, vel non competat, inquirimus: abſolvit TERMINUM MINOREM: notio vocis, vel id, quod in illa continetur: abſolvit TERMINUM MEDIUM: vox, quæ cum *Termino medio* identificatur. aut in eodem rationem ſufficientem agnoſcit: abſolvit TERMINUM MAJOREM. Hinc fit, ut *Terminus medius* contineatur in *Termino minore*, *Terminus minor; Medius; Major;*

nore, & *Terminus Major* in *Termino medi*[...] adeoque per *Medium* ex *minore* dedu[...] possit.

Coroll: Omnis igitur *Syllogismus* *tre*[...] *agnoscit terminos*; non plures, ne[...] pauciores.

VI,

Propositio minor; Ex tribus *Terminis* *Syllogismi*, inter [...] combinatis, oriuntur tres *Propositione*[...] *Syllogismi*: PROPOSITIO MINOR e[...] *Propositio*, constans ex *Tèrmino minore*[...] *medio*: *Major;* PROPOSITIO MAJOR dicitu[...] *Propositio* illa in Syllogismo, quæ com[...]stat ex *Termino majore* & *medio*: *Conclusio:* CON[...]CLUSIO dicitur *Propositio* illa in Syll[...]gismo quæ ex *Termino minore* & *Termi*[...]*no majore* resultat.

Præmissæ: Scholion I. *Propositiones Majör* atqu[...] *Minor* etiam vocantur PRAEMIS[...]SAE.

Scholion II. Ferunt ALCINOUM, Pla[...]tonicum Philosophum, ordini i[...] cogitando naturali convenienter[...] *Propositionem Minorem* in *Syllogism*[...] praemisisse *Propositioni Majori*; *pe*[...] *Schol.II.§.IV. Cap.IV.*

Coroll: I. *Terminus medius* non pote[...] ingredi *Conclusionem*.

Coroll

Coroll. II. *Terminus minor* eſt *ſubjectum Concluſionis : Terminus* autem *major* eſt *prædicatum Concluſionis*, *per* §.*VI*.

VII.

Ex determinatione loci vel *ſubjecti* vel *prædicati*, quem occupat *Terminus medius* in *præmiſſis* : generatur FIGURA SYLLOGISMI. *Figura Syllogiſmi:*

Scholion I. Sit *Terminus medius* *
Terminus major M
Terminus minor m:

Erunt variationes loci *Termini medii* in *præmiſſis* quatuor poſſibiles:

I. *-M	II. M - *	III. * - M	IV. M-*
m-*	m - *	* - m	* m
m-M	m-M	m - M	m-M

Variatio prima, in qua *Terminus medius* eſt *ſubjectum Propoſitionis Majoris*, & *praedicatum Propoſitionis Minoris*; dicitur FIGURA PRIMA. Variatio ſecunda, in qua *Terminus medius* in Præmiſſis locum occupat *praedicati* : dicitur FIGURA SECUNDA. Variatio tertia, in qua *Terminus medius* in *præmiſſis* occupat locum *ſubjecti* : dicitur FIGURA TERTIA. Variatio quarta, in qua *Terminus medius* eſt *praedicatum Propoſitionis Majoris*, & *ſubjectum Propoſitionis Minoris*: dicitur FIGURA QUARTA. *Prima; Secunda; Tertia; Quart;*

Scholion II. *Figuram quartam* nonnulli cum AVERROE *in I. Analyt. prior.* 8. GALENO, alii cum HOSPINIANO, SCOTO, tanquam inventorii, tribuunt.

VIII.

Modus Syllogismi:

Cùm *Propositiones*, ex quibus *Syllogismus* constat, vel sint *affirmantes*, vel *negantes*, & utraeque vel *universales* vel *particulares, per* §. *III.* & *VIII. Cap. III.* patet, in qualibet figura pro diversa *Propositionum* qualitate & quantitate diversos dari Modos Syllogismorum. Est enim MODUS SYLLOGISMI dispositio *propositionum* secundum affirmationem & negationem, universalitatem & particularitatem earundem in qualibet *Figura*.

IX.

Quot modi sint possibiles?

Variationes autem *Propositionum* secundum affirmationem & negationem, universalitatem & particularitatem possibiles sunt *Sexaginta quatuor*, ex quibus *quinquaginta tres* inutiles, & *undecim* tantum utiles sunt.

Scholion I. Sit A. Signum *Propositionis universalis affirmantis*;

E. Signum *Propositionis universalis negantis*;

 J. Signum

I. Signum *Propositionis particularis affirmantis*;

O. Signum *Propositionis particularis negantis*:

Erunt MODI UTILES sequentes: *Quot sint utiles?*

I. AAA. II. AAI. III. AEE. IV. AEO V. EAE. VI. EAO. VII. IAI. VIII. OAO. IX. AII. X. AOO. XI. EIO.

Scholion II. *MODUS* XII. IEO. licet in nullam Regularum generalium impingat: in nulla tamen *Figura* consequentiam agnoscit formalem, quae, uti reliquorum omnium, ex *prima Figura* demonstrari possit.

X.

Ex hisce *undecim Modis utilibus sex* in singulis obtinent *Figuris*: in *Prima* vocantur: BARBARA, BARBARI, DARII, CELARENT, CELARONT, FERIO. In *Secunda*: CAMESTRES, CAMESTROC, CESARE, CESARO, FESTINO, BAROCO. In *Tertia* appellantur; DARAPTI, DATISI, FELAPTON, FERISON, DISAMIS, BOCARDO. In Quartâ: CADERE, CADERO, FEDIBO, DIGAMI, FEGANO, BALANI. *Modi singularum Figurarum: Primæ; Secundæ: Tertiæ; Quartæ:*

Scholion I. *Modi* hi *quartæ Figuræ* ab Aucto- *Modi Flaciani:*

Auctore suo FLACIO, vocantur FLACIANI, quibus alii sequentes substituunt, *conversionem Propositionum* ex *secunda* & *tertia* tamen *Figuris* demonstrabilem, indicantes: CADESE, CADESO, FESIBO, DISAGI, FESANO, BAPANI.

Scholion II. Patet ex his *Modis*, quod in *quarta Figura* ex alterutra *præmissarum*, *particulariter negante*, formaliter nihil sequatur.

XI.

Figurarum in Modis convenientia & differentia.

Sunt igitur in omnibus quatuor *Figuris* viginti quatuor *Modi utiles*; quos inter *Modus* AAA, in sola obtinet *prima Figura*; *Modus* AAI in *prima*; *tertia* & *quarta*; *Modus* AEE in *secunda* & *quarta*; *Modus* AEO in *secunda* & *quarta*; *Modus* EAE in *prima* & *secunda*; *Modus* EAO in omnibus *quatuor Figuris*; *Modus* IAI in *tertia* & *quarta*; *Modus* OAO in sola *tertia Figura*; *Modus* AJJ in *prima* & in *tertiâ*; *Modus* AOO in sola *secunda Figura*; denique *Modus undecimus* EIO in omnibus *quatuor Figuris*.

XII.

Principium Syllogismo-

Ex *Genesi Syllogismi* patet PRINCIPIUM omnium SYLLOGISMORUM AFFIRMANTIUM huc redire: *Quicquid con-*

convenit Notioni generis, id convenit omnibus speciebus; sub illa notione universali contentis: Et: *Quicqvid convenit Notioni Speciei infimæ, id convenit omnibus individuis, sub illa notione speciei infimæ contentis.* Contra PRINCIPIUM omnium SYLLOGISMORUM NEGANTIUM ex Genesi *Syllogismi* deducitur sequens: *Quicquid non convenit Notioni generis, id etiam non convenit speciebus, sub illa notione universali contentis*: Et: *Quicquid non convenit Notioni speciei infimæ, id nec convenit individuis, sub illa notione speciei infimæ contentis.*

rum affirmantium; Et negantium;

Scholion: Vulgo hæc *duo* omnium *Syllogismorum Principia* DICTUM de OMNI & DICTUM de NULLO appellantur.

Dictum de Omni & Dictum de nullo:

XIII.

Atque in hisce *duobus Principiis* fundatur CONSEQUENTIA FORMALIS omnium omninò *Syllogismorum* tam *simplicium*, quam *compositorum*, tam *perfectorum*, quàm *imperfectorum*, cujus Regulæ, ὡς ἐν συνόψει, repræsentatur in *Idea mea Boni Disputatoris* Anno 1722. Francofurti ad Mœnum denuò edita *in 4to* à §. XXIV. usque ad §. XXXIX. *per 39 - 54. inclus.*

Consequentiæ formalis Syllogismorum fundamentum:

Scholion: Ex gr. ex his principiis manifestum est I. *ex puris particularibus nihil sequi*: II. *ex puris* etiam *negativis nihil seqvi.* Ubi tamen observandum est, *Minorem Propositionem*, ex *Majore Propositione* transsumptam in ipso *Syllogismo* non esse negantem, sed constare ex termino infinito, & particulam negativam copulam ipsam non afficere: III. *conclusionem sequi debere, partem si adest, debiliorem.* IV. *Propositionem Majorem in primâ Figurâ esse debere complete universalem*: V. *Propositionem Minorem esse debere affirmantem.*

XIV.

Principium primum omnis Consequentiae formalis:

Ratio autem sufficiens horum duorum *Principiorum* invenitur in PRINCIPIO CONTRADICTIONIS, coroll. *§ xxi. Cap. I.*

Scholion: Ex. gr. *Si Temperantia est constans propositum agendi circa cibi & potus usum secundum dictamen rectæ rationis; & omne propositum ita agendi est Virtus: Temperantia est Virtus.*

Idem cum Principio

Coroll: *Principium veritatis* in *Syllogismis* idem est, quod in *Judiciis*, ut scilicet

ſcilicet in poteſtate noſtra poſitum non ſit, cogitare *Præmiſſas*, niſi & cogitemus *Concluſionem*, & contrà, *per cor. §. IV. Cap. III.* & idem quoque, quod in *Notionibus, per cor. §. XXI. Cap. I.*

poſſibilitatis notionum & veritatis judiciorum:

XV.

Cum *Syllogiſmi imperfecti* & *compoſiti*, itemque *ſimplices ſecundæ*, tertiæ, & *quartæ Figurarum*, reduci poſſint ad *Syllogiſmos ſimplices primæ Figuræ*, & in *quatuor modis primæ Figuræ*, uſu receptis, inferri poſſint *Concluſiones univerſales* & *particulares*, tam *affirmantes*, quàm *negantes*: horum *modorum* uſus ad omnis generis veritates inveniendas ſufficit.

Sufficientia primæ Figuræ:

Scholion I. Ex. gr. *Syllogiſmi ſecundæ Figuræ* demonſtrantur ex *primâ*; dum, *manente Mojore Propoſitionè*, ex contradictoria *Concluſionis* infertur contradictoria *Propoſitionis Minoris*. *Syllogiſmi tertiæ Figuræ* demonſtrantur ex *prima*; dum, *manente Minore Propoſitione*, ex contradictoria *Concluſionis* infertur contradictoria *Propoſitionis Majoris*. *Syllogiſmi quartæ Figuræ* demonſtrantur ex *primâ*; dum, *manente Minore Propoſitione*, ex convertente contradictoriæ *Concluſionis* infertur contradi-

Methodus demonſtrandi Syllogiſmos ſecundæ, tertiæ & quartæ Figurarum ex primâ:

tradictoria *Majoris Propositionis*. Ipsa autem *Conversio* demonstratur per *Figuras secundam & tertiam*.

Scholion II. Ita ex *modo primæ Figuræ* BARBARA demonstratur *Consequentia formalis modorum* BAROCO & BOCARDO:

Ex modo primæ Figuræ. BARBARI demonstratur *consequentia formalis modorum* CAMESTROC & FELAPTON:

Ex *modo primæ Fig.* DARII demonstrantur *modi* CAMESTRES & FERISON:

Ex *modo primæ Figuræ* CELARENT demonstrantur *modi* FESTINO, & DISAMIS:

Ex *modo primæ Fig.* CELARONT demonstrantur *modi* CESARO & DARAPTI:

Ex *modo primæ Figuræ sexto* FERIO demonstrantur *modi* CESARE & DATISI.

Consequentia autem *formalis modi quartæ Figuræ* CADESO demonstratur per *modum secundæ Figuræ* CAMESTROC ex *modo primæ Figuræ* BARBARI:

Modus

Modus quartæ FESANO per *modum tertiæ Figuræ* FELAPTON ex *modo primæ* DARII:

Modus quartæ Fig. CADESE per *modum secundæ Figuræ* CAMESTRES ex *modo primæ* DARII:

Modus quartæ Fig. FESIBO per *modum secundæ Fig.* FERISON ex *modo primæ* DARII:

Modi denique BAPANI & DISAGI per *modum tertiæ Figuræ* DISAMIS ex *modo primæ* CELARENT.

Scholion III. Ipsa *Conversio simplex Propositionum universaliter negantium* demonstratur per *Figuram secundam* in *CESARE*: *Propositionum* autem *particulariter affirmantium* demonstratur per *Figuram tertiam* in *modo DISAMIS*. *Methodus demonstrandi conversionem Propositionum:*

Scholion IV. Ex. gr. Sit. B *Terminus Minor:*
C *Terminus medius:*
D *Terminus Major:*

Erit *Propositio Major* CD, vel DC, *per §. vi. Cap. iv.*

Propositio Minor BC, vel CB, *per eundem.*

Conclusio

Conclusio B D, per *eundem.*

Fiat *Syllogismus* in CELARENT:

ECD. ABC. EBD. Erit igitur per *Regressum:*

OBC. IBD.

Ergo in FESTINO:

ECD. IBD. OBC.

Fiat *Syllogismus* in DARII:

ACD. IBC. IBD. Erit per *Regressum:*

OCD. EBD.

Ergo in FERISON:

EBD. IBC. OCD.

Consequentia hæc: EAB. Ergò EBA demonſtratur hoc modo:

EAB. ABB. Ergo EBA.

Consequentia hæc: IAB. Ergò IBA demonſtratur hoc modo:

IAB. AAA. Ergo IBA.

Scholion V. Aſſeveravit mihi LEIBNITIUS, cum una Viennae eſſemus, ſe in demonſtrationibus EUCLIDEIS obſervaſſe, quod GEOMETRA *omnibus Figuris quatuor*, & *omnibus ſex modis* in ſingulis *Figuris* uſus ſit.

XVI.

Demonſtratio geometrica:

DEMONSTRATIO GEOMETRICA non eſt niſi congeries plurium *Syllogiſmorum*

morum truncatorum, ita inter se connexorum, ut *præmissæ* non possint cogitari, nisi & cogitentur *conclusiones*, & *præmissæ primæ* sint vel *definitiones possibiles*, vel *axiomata*, vel *judicia intuitiva*, vel *theoremata* jam demonstrata, vel *propositiones identicæ*.

Scholion I. Omnis *demonstratio* resolubilis est in SORITEN, ex meris *propositionibus conditionalibus* constantem; quarum *primæ consequens* est *antecedens secundæ*, *consequens secundæ* est *antecedens tertiae*, & sic porro, donec in *conclusione antecedens primum*, hoc est *hypothesis assumta* (notio termini minoris) & *consequens ultimum*, hoc est *thesis*, de assumta *hypothesi* demonstranda, conjungantur *Antecedentia* in singulis Propositionibus absolvunt *Praemissas Syllogismi simplicis*, & *Consequentia* absolvunt *Conclusiones intermedias*.

Resolubilis in Soriten conditionalem:

Scholion II. Cum annis abhinc viginti quinque, hortatu Per-illustris EHRENFRIEDI WALTHERI de TSCHIRNHAVSEN, Mathematici summi, animum ad excolenda mathemata applicâssem & ANDREAE TACQUET *Elementa Geometriae*

triae planæ ac solidae diurna noctur-
naque versarem manu: in priva-
tos usus meos *Libros sex priores* cum
undecimo & *duodecimo*. EUCLIDIS
in meras Propositiones conditio-
nales resolvi. Quam Analysin cum
Anno CIↃ IↃCXIII. Illustrissimo
Comiti Domino FERDINANDO
ERNESTO ab HERBERSTEIN Pra-
gae ostenderem, simulque coram
exponerem, me hac ipsa *Propositionum*, qvarum interventu ex *hypothesi assumta* in qualibet *demonstratione* infallibiliter deducitur *thesis*
Analysi id assecutum esse, ut mu-
tua *Propositionum* cujuslibet *Demonstrationis* à se invicem dependen-
tia attendentibus fiat manifesta
praesertim si ipsa etiam *Imaginatio*
externis adminiculis *Intellectui*
conformetur, quo facerent: I. *hypotheseos* in qualibet *Propositione* de-
monstranda à *thesi* separatio: II.
Schematismi inter utramque positio:
III. *Propositionum conditionalium*
è quibus *demonstratio* constat, per
numeros distinctio: IV. nexus ea-
rundem magis vel minus imme-
diati cum *thesi* ex *hypothesi* dedu-
cenda, per *diversos typorum chara-*
cteri

cteres adumbratio: non tantum instituti hujus rationem suo approbavit calculo, sed & pro eo, quo ferebatur in promovenda humani generis commoda, desiderio, opem suam ad maturandam editionem promisit. Sed, HERBERSTEINIO rebus mortalium exemto, Elementa hæc Geometriæ, tyronibus utilissima Librario, editionem curaturo, non denegarem.

Scholion III. Ut Specimen systam alicujus DEMONSTRATIONIS GEOMETRICAE, in prima principia resolutæ per *Syllogismos formales*; quorum *præmissæ primæ* non sint, nisi vel *Definitiones possibiles*, vel *propositiones identicæ*, vel *Axiomata* vel *Postulata*: Esto DEMONSTRATIO GEOMETRICA *Propositionis 13. I. sequens*:

Exempla Demonstrationis Geometricæ, in prima principia resolutæ, per Syllogismos formales:

Rectæ BA, CA & FA se tangentes in A, per postul. *I. efficiunt duas inclinationes BAC & BAF, Fig. I. & II.* per Constructionem *consequenter BAC & BAF sunt duo, anguli rectilinei*, per def. 10. *quos efficit recta BA, consistens super rectam CF*, per postulatum 1. & Constructionem *consequenter duorum angulorum BAC & BAF unum commune latus est*, per def. 11: *& proinde anguli BAC & BAF sunt angu-*

li rectilinei contigui, per def. 14. *quorum simul sumtorum*, *mensura est semi circumferentia*, per def. 11. & postul. 2. *Quae cùm substitui possit mensurae duorum angulorum rectilineorum rectorum*, *ut omnia maneant in magnitudine post substitutionem*, *sicut fuerant ante substitutionem*, per cor. 2. def. 14: *manifestum est*, *mensuram angulorum BAC & BAF aequalem esse mensurae duorum angulorum rectilineorum rectorum*, per def. 15. *& proinde angulos BAC & BAF aut esse duos angulos rectilineos rectos*, per ax. 1. Fig. 1. *aut esse duos angulos rectilineos*, *duobus angulis rectilineis rectis aequales*, per cor. ax. 2. Fig. III. Q.E.D.

Propositio, demonstrata geometricè, hæc est:

Recta, *super rectam consistens*, *aut duos rectos angulos facit*, *aut duos angulos*, *duobus angulis rectis aequales*. h. e. *Anguli rectilinei*, *quos efficit recta super rectam consistens*: *aut sunt duo anguli rectilinei recti*; *aut sunt duo anguli rectilinei*, *duobus angulis rectilineis rectis aequales.*

Hypo

Hypothesis est: *Si linea recta consistat super aliam lineam rectam:*

Thesis est: *illa aut duos angulos rectilineos rectos, aut duos angulos rectilineos, duobus angulis rectilineis rectis æquales, efficit.*

Fig. I.

Ex. gr. *Si recta B. A. recta B. A. consistat super aliam rectam C F:*





Fig. II.

ecta B A. aut duos anulos rectilineos rectos AC & BAF, Fig. I. *aut uos angulos rectilineos AC & BAF,* Fig. II. *duous angulis rectilineis rectis æquales, effieit.*



Hypothesin ingrediuntur Definitioes: 1. *Puncti;* 2, *Continui:* 3. *Exnsionis:* 4. *Dimensionis:* 5. *Magnituinis continuæ:* 6. *Lineæ:* 7. *Lineæ reæ:* 8. *Inclinationis rectarum, se tanentium:* 9. *Anguli rectilinei:* 10. *Larum:* 11. *Verticis ejusdem:* 12. *Angu. rectilinei contigui: & Postulatum prium.*

Thesin

Thesin ingrediuntur Definitiones : 1. *Anguli rectilinei:* 2. *Mensurae ejusdem:* 3. *Anguli rectilinei recti:* 4. *Mensurae ejusdem:* 5. *Perpendicularis:* 6. *Æqualium:* 7. *Centri:* 8. *Radii:* 9. *Diametri:* 10. *Circumferentiæ:* 11. *Semicircumferentiæ:* 12, *Quadrantis:* 13. *Arcus circumferentiæ:* *Axiomata primum & secundum cum Corollario suo:* & denique *Postulatum secundum.*

Erunt igitur *Principia prima* DEMONSTRATIONIS GEOMETRICAE. 13. II sequentia, & quidem:

I. DEFINITIONES.

I. *Punctum* eſt id, quod ne cogitatione quidem in plura diuidi poteſt.

II. Si *Punctum* cogitemus fluere motu æquabili à termino quodam, arbitrario aſſumto, ad terminum alium, arbitrario aſſumtum; ex *fluxu* tali alicujus individui generatur dividuum in infinitum, h. e. nullus numerus, quantum libet magnus, aſſignari poteſt plurium illorum ex *fluxu* (ſucceſſivo, non momentaneo, qui nullus eſt,) individui generatorum.

III. Plura autem, ex fluxu puncti generata, quatenus ita coexiſtunt, ut extremum

tremum unius, ſimul ſit initium alterius: dicuntur *Continuum.*

IV. Continuitas coexiſtentiæ plurium: dicitur *Extenſio* : quæ ratione principii coëxiſtentiæ plurium, arbitrario aſſumti, triplicem admittit *Dimenſionem*, in longum latum & profundum.

V. *Magnitudo continua* non eſt, niſi multitudo eorum, quæ continuo coëxiſtunt: ſivè in longum tantum, ſive in longum & latum ſimul, ſive in longum latum & profundum ſimul coëxiſtant.

Coroll. Punctum eſt principium omnis Magnitudinis continuæ.

VI. *Linea* eſt magnitudo continua tantum longa, ſive magnitudo continua unius dimenſionis.

VII. *Linea recta* eſt magnitudo continua, tantum longa, quæ omnium longitudinum, inter duo puncta poſſibilium, breviſſima eſt.

VIII. Si rectam uno puncto extremo fixam, cogitemus altero puncto in orbem circumagi, linea, inde generata, dicitur *Circumferentia* : Punctum fixum dicitur *Centrum*: Recta genetriæ dicitur *Radius* vel *Semidiameter* : recta per centrum ad circumferentiam utrinque ducta, dicitur *Diameter*: Pars circumfe-

 ren-

rentiæ, quam diameter intercipit; dicitur *Semicircumferentia:* dimidium Semicircumferentiæ; dicitur *Quadrans:* Partes quadrantis dicuntur *Arcus circumferentiæ.*

IX. Si quælibet Circumferentia dividatur in 360 æquales partes, & hæ *Gradûs* vocentur: quadrans continet 90°, semicircumferentià 180°, & omnes gradûs se ad se invicem in omnibus circumferentiis eodem modo habent.

X. Si à Puncto quodam B ducatur recta BA, & ab alio puncto C ducatur alia recta CA, ita ut cum priori rectâ BA non efficiat unam rectam: generatur inde *Inclinatio duarum rectarum;* quatenus rectae BA & CA sibi mutuò ita occurrunt in puncto A, ut non jaceant indirectum. Ipsa inclinatio BAC & BAF, Fig. I. & II. dicitur *Angulus rectilineus:* & *rectæ* BA, CA, sibi mutuo ita occurrentes in A, se dicuntur *Tangere.*

XI. Rectæ, se tangentes; dicuntur *Latera* sive *crura anguli rectilinei:* Punctum occursus dicitur *Vertex:* Arcus autem Circumferentiæ, ex Vertice intra crura, in qualibet distantiâ, descriptæ: dicitur *Mensura anguli rectilinei.*

Coroll: Angulus rectilineus nec au-

getur,

getur, nec minuitur, licet crura vel augeas vel minuas, *per 9.11.*

Scholion: Denominatur Angulus rectilineus per tres literas, quarum media, ad Verticem posita, ipsum indicat angulum.

XII. *Angulus rectilineus rectus* est inclinatio duarum rectarum, sese mutuo in aliquo puncto tangentium, cui, si unam rectam produxeris, à parte altera æqualis inclinatio oritur. *Fig. 1.*

Coroll. *Mensura Anguli rectilinei recti* est quadrans circumferentiæ: duorum mensura est semicircumferentia, *per def. 8. 11.*

XIII. Recta, alteri rectæ ita insistens, ut, si unam produxeris, à parte alterâ æqualis inclinatio oriatur: dicitur: *Perpendicularis* sive *Perpendiculum.*

Coroll: Ex Perpendicularium ad singula puncta rectæ, pro *Longitudine* assumtæ, applicatione pendet extensio duarum dimensionum, & perpendicularis, ad *Longitudinem* applicata, dicitur *Latitudo.* Ex perpendicularium ad singula puncta Longitudinis & latitudinis applicatione pendet extensio trium dimen-

ſionum & perpendicularis ad longitudinem & latitudinem applicata; dicitur *Profunditas*, per *def.4*.

XIV. *Anguli rectilinei contigui* ſunt, quorum unum commune latus eſt.

Coroll. I. *Anguli rectilinei recti contigui* ſunt, quorum unum commune eſt perpendiculum, *per def.13*.

Coroll.2. *Menſura duorum Angulorum rectilineorum contiguorum* eadem eſt cum Menſura duorum Angulorum rectilineorum rectorum, *per def.11.* & *cor.def.12*.

XV. *Æqualia* dicuntur, quorum unum in alterius locum ita ſubſtitui poteſt, ut eadem maneat magnitudo poſt ſubſtitutionem, quæ fuerat ante ſubſtitutionem.

II. AXIOMATA.

I. Idem aequatur ſibi ipſi.

II. Quae æquantur eidem tertio, æquantur inter ſe.

Coroll. Anguli rectilinei, quorum eadem eſt menſura, inverſe ſunt æquales.

III. POSTULATA.

I. Concedatur mihi, quod à quovis puncto

puncto ad quodvis punctum recta duci possit:

II. Quod quovis centro ad quodvis intervallum describi possit circumferentia vel semicircumferentia.

Ex his *Principiis* in *Propositione* 13. I. *Thesis* de *hypothesi* demonstratur per septem *Syllogismos absolutos* (quorum *præmissæ primæ* vel sunt *definitiones possibiles*, vel *propositiones identicæ*, vel *axionata* vel *postulata*,) in formâ tales:

I. Omnis inclinatio, quam duæ rectæ, se in aliquo puncto tangentes, efficiunt est angulus rectilineus. *En definitionem possibilem* 10! Angulus BAC (quem rectæ duæ BA, CA,) & Angulus BAF: quem rectæ duæ BA, FA, se invicem tangentes in puncto A, efficiunt, sunt duæ inclinationes, quas duæ rectæ, se in aliquo puncto tangentes, efficiunt *En postulatum primum & ipsam Constructionem!* Ergò Angulus BAC & Angulus BAF, sunt Anguli rectilinei.

II. Omnes anguli rectilinei, quos efficit recta, super rectam consistens; sunt anguli rectilinei, quorum, unum commune latus est. *En Propositionem identicam & definitonem possibilem* 11. Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei, En *Conclusi-*

clusionem Syllogismi primi! quos efficit recta BA super rectam CF consistens. *En Postulatum primum, & Constructionem ipsam!* Ergo Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei, quorum unum commune latus BA est.

III. Omnes anguli rectilinei, quorum unum commune latus est: sunt anguli rectilinei contigui. *En definitionem possibilem 14.* Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei, quorum unum commune latus BA est. *En Conclusionem Syllogismi secundi!* Ergo Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei contigui.

IV. Omnes anguli rectilinei contigui sunt anguli rectilinei, quorum, simul sumtorum, mensura est semicircumferentia. En *Corollarium 2. definitionis possibilis 14. & Postulatum secundum!* Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei contigui. *En Conclusionem Syllogismi tertii!* Ergò Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei, quorum simul sumtorum mensura est semicircumferentia.

V. Omnes anguli rectilinei, quorum, simul sumtorum, mensura est semicircumferentia: sunt anguli rectilinei, quorum mensura ita substitui potest mensuræ duorum angulorum rectilineorum rectorum, ut omnia maneant in magnitudi-

tudine poſtſubſtitutionem, ſicut fuerant ante ſubſtitutionem. *En Corollarium definitionis poſſibilis 12.* Anguli BAC & BAF ſunt anguli rectilinei, quorum ſimul ſumtorum, menſura eſt ſemicircumferentia. *En Concluſionem Syllogiſmi quarti.* Ergo Anguli BAC & BAF ſunt anguli rectilinei, quorum menſura ita ſubſtitui poteſt menſuræ duorum angulorum rectilineorum, rectorum, ut omnia maneant in magnitudine poſt ſubſtitutionem, ſicut fuerant ante ſubſtitutionem.

VI. Omnes anguli rectilinei, quorum menſura ità ſubſtitui poteſt menſuræ duorum angulorum rectilineorum rectorum, ut omnia maneant in magnitudine poſt ſubſtitutionem, ſicut fuerant ante ſubſtitutionem; ſunt anguli rectilinei, quorum menſura eſt æqualis menſuræ duorum angulorum rectilineorum rectorum. *En definitionem poſſibilem 15!* Anguli BAC & BAF ſunt anguli rectilinei, quorum menſura ità ſubſtitui poteſt menſuræ duorum angulorum rectilineorum rectorum, ut omnia maneant in magnitudine poſt ſubſtitutionem, ſicut fuerant ante ſubſtitutionem. *En Concluſionem ſyllogiſmi quinti!* Ergò anguli BAC & BAF ſunt anguli rectilinei quorum menſura eſt æqualis menſuræ duorum

rum angulorum rectilineorum rectorum.

VII. Omnes anguli rectilinei, quorum mensura est æqualis mensuræ duorum angulorum rectilineorum rectorum: aut sunt duo Anguli rectilinei recti. *En Axioma primum!* aut sunt duo anguli rectilinei, duobus angulis rectilineis rectis æquales. *En Corollarium Axiomatis secundi!* Anguli BAC & BAF sunt anguli rectilinei, quorum mensura est æqualis mensuræ &c. *En Conclusionem Syllogismi sexti!* Ergo Anguli BAC & BAF aut sunt duo anguli rectilinei recti; *Fig. II.* aut sunt duo anguli rectilinei, duobus angulis rectilineis rectis æquales, *Fig. III.* Q. E. D.

XVII.

Demonstratio geometrica est medium inveniendi Veritatem:

Patet hinc, *Demonstrationem Geometricam* genuinum esse medium veritatem in quocunque scibili infallibiliter inveniendi, *per cor. §. 1. Cap. iv.* quatenus in potestate nostra est positum, attendendi ad singulas *Praemissas*, nullasque pro veris admittendi, nisi fuerint *theoremata* jam demonstrata, vel *propositiones identicæ*, vel *axiomata*, vel *definitiones possibiles*, vel *experientiæ* denique, rectè institutæ, *per §. xvi. Cap. iv.*

XVIII.

XVIII.

Si in *Syllogiſmo* alterutra *Præmiſſarum* explicitè non adſit: generatur inde ENTHYMEMA: quod locum non habet, niſi *Praemiſſæ* manifeſtæ ſint veritatis & ab attendente facilè ſuppleantur. Ita Geometrae ſæpe utramque *Præmiſſarum* omittunt, ſi una per citationem, altera per intuitum Schematiſmi innoteſcat. *Enthymematis Uſus.*

XIX.

Si *Præmiſſæ Syllogiſmi* reſolvantur in *hypotheſin*, & *Concluſio* in *theſin*: oritur inde SYLLOGISMUS CONDITIONALIS; qui à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis ſive theſeos, & à remotione conſequentis ad remotionem antecedentis ſive hypotheſeos procedit, hoc modo: *Si A eſt: etiam eſt B.* Sed *eſt A.* Ergo *& B eſt.* Vel: *ſi A eſt: etiam eſt B.* Sed *non eſt B.* Ergo *nec A eſt.* *Syllogiſmi conditionalis requiſita:*

XX.

Si medium per disjunctionem proponatur: oritur inde ſequens forma SYLLOGISMI, qui DISJUNCTIVUS vocatur: *Aut A eſt, aut B.* Sed *eſt A.* Ergo *non eſt B.* procedendo ſcilicet à poſitione unius ad remotionem alterius. *Syllogiſmi disjunctivi geneſis:*

XXI.

Tales autem *Syllogiſmi* facilè reducuntur *Reductio Syllogiſ-*

morum conditionalium ad Syllogismos absolutos primæ Figuræ :

tur *ad Syllogismos absolutos primæ Figuræ ;* attendendo ad rationem sufficientem connexionis, quæ dat *terminum medium*, & ad *conclusionem*, quæ dat *terminos minorem* & *majorem, per §. VI. Cap. IV.*

Scholion: Ex. gr. *Si CHRISTUS resurrexit: etiam resurgent fideles.* Sed *CHRISTUS resurrexit.* Ergo *resurgent etiam fideles.* Ratio connexionis in hoc *Syllogismo conditionali* dat *medium terminum* sequentem, cum *minore* & *majore terminis* in *primâ Figurâ* disponendum : *Qui sunt viva CHRISTI membra : illi, resurgente eorum capite CHRISTO, resurgent. Fideles sunt &c.* Ergo &c. *Si Virtus est colenda : vitium est fugiendum.* Sed *Verum est prius.* Ergo *& posterius.* Ratio connexionis cum in oppositione fundetur, *Syllogismus* hic *conditionalis* hoc modo fieri potest *absolutus primæ Figuræ : Omne oppositum virtutis colendæ est fugiendum. Omne Vitium est oppositum virtutis colendæ.* Ergo &c. *Aut Saul in impœnitentia perseverat, aut pœnitentiam agit.* Sed *Saul in impœnitentia perseverat.* Ergò *Saul non agit pœnitentiam.* Hic *Syllogismus disjunctivus* facilè ad *primam Figuram*

ram Syllogiſmorum abſolutorum reducitur hoc ſimilive modo: *Qui in impœnitentiâ perſeverat : ille non agit pœnitentiam. Saul in impœnitentiâ perſeverat.* E. *Saul non agit pœnitemtiam.*

XXII.

Tandem etiam casûs dantur, in quibus incognitam ex cognito. Sine *medio termino* inferre nobis videmur, quoties ſcilicet alterutram *præmiſſarum* nobis *confuſe* tantum repraeſentamus, per ſigna, quorum nobis non ſumus conſcii. Quales illationes IMMEDIATAE CONSEQUENTIAE vocantur, & in *Idea Boni diſputatoris* §. XIII. citatâ, §. XXII. *p.33. ſeqq.* enumerantur, cum quibus conferri poſſunt, quæ habet JOACHIMUS FUNGIUS in *Logicâ Hamburgenſi*, quæjam ad manus, non eſt. *Immediatæ conſequentiæ an dentur?*

Scholion: Ex. gr. Illatio hæc: *Paries eſt albus: Ergò Paries eſt*, fundatur in hoc axiomate: *Quicquid hoc vel illo modo exiſtit: illud exiſtit abſolutè.* Item Conſequentiâ hæc: *Omne animal ſentit:* Ergò *quoddam animal ſentit:* Fundatur in *Propoſitione* hâc *identicâ;* quam nobis ſaltem confusè repræſentamus: *Quoddam animal*

animal est animal sinè quâ nobis
Conclusio non innotescit.

Caput V.

De Usu praecedentium Regularum in inveniendâ Veritate per Experientiam.

Conspectus.

I. Praxis Regularum praecedentium: II. Experientia : Observatio : III. non confundenda cum Propositione, quam ipsi ex observatione vel ex Experientiâ deduximus: IV. duo genera Experientiarum : V. Regula inveniendi rerum singularium proprietates per Experientiam : VI. Regula inveniendi actiones unius in aliud per Experientiam: VII. Cautela : VIII. Regula inveniendi quantitatem virium rerum singularium, ad mutationem aliquam concurrentium : IX. Regula deducendi Propositiones universales ex Experientiis ; Vitium Subreptionis: X. ejusque fundamentum : XI. Ratio agendi empirica.

I.

Praxis Regularum praecedentium:

USus in applicatione consistit, adeoque & VSUS REGULARUM, in Capitibus praecedentibus propositarum consistit in applicatione earundem vel ad VERI

VERITATEM COGNOSCENDAM, vel ad VERITATEM COGNITAM ALIIS COMMUNICANDAM. *Cognoſcimus Veritatem* vel per NOS IPSOS; *eam* proprio marte *inveniendo*, idque vel per EXPERIENTIAM, mediantibus *Senſibus*, vel per DEMONSTRATIONEM, mediantibus *Intellectu* & *Ratione*; vel per ALIOS; idque vel ex VIVA aliorum INSTITUTIONE, vel ex LIBRIS, ab aliis conſcriptis. *Communicamus veritatem*, ſive *per nos ipſos* inventam, ſive *ex aliis* hauſtam, *cum aliis*: dum vel alios de veritate cognita CONVINCIMUS; vel errorem aliorum REFUTAMUS; vel de re controverſa cum iisdem DISPUTAMUS.

Scholion: CHRISTIANO WOLFFIO debet *Ars inveniendi*, quod primus *PRAXIN Regularum ejusdem* diſtinctius oſtenderit, tum in Tractatu ſuo germanico *de Viribus Intellectûs humani*, Hala-Saxon. denuò edito, 1722. *in 8tavo*, tum *in Philoſophiâ rationali* ſive *Logica*, , nova methodo pertractatâ, & ad amplisſimum uſum Scientiarum atque Vitæ accommodatâ, cum diſcurſu præliminari *de Philoſophiâ in genere* Francofurti & Lipſiæ hoc anno in *4to* editâ.

II.

Experientia; Observatio: Si attendamus ad res ſingulares, quas percipimus, nexus inter duas perceptiones nobis evadimus conſcii. Atque hic duarum perceptionum nexus, quatenus illius intimè nobis ſumus conſcii: dicitur EXPERIENTIA, item OBSERVATIO.

Coroll. I. *Experientia* eſt *judicium intuitivum, per propoſitionem ſingularem repræſentatum, per § x. Cap. III.*

Coroll. II. Qui ad *Experientiam* provocat, quæ vel non ubivis obvia eſt, vel non facilè reiterari poteſt, caſum illius ſingularem cum omnibus circumſtantiis ſuis allegare tenetur.

Coroll. III. Hinc *Obſervationes* cum circumſtantiis ſuis accuratè in charta ſunt annotandæ: inprimis ſi in phyſicis mutationes, per conjunctionem rerum naturalium, nunquam aliàs conjunctarum, ſub his, non aliis, conditionibus fieri obſerventur: ut experimenta alio tempore & ab aliis reiterari poſſint.

III.

Non confundenda Ante omnia autem in *Experimentorum inſtitutione* ipſa *Experientia* diſtinguen-

co-

eſt à *Propoſitione, quæ ex Experientia à nobis ipſis deducitur.* Hæc enim *Propoſitio,* ſi ex *Experientia* plus deducatur à nobis, quàm in eadem rationem ſufficientem agnoſcit, falſa eſſe poteſt, *per §. IV. Cap. III. & cor. §. XIV. Cap. IV.* ipſa autem *Experientia* in ſola fundatur perceptionis conſcientia & non niſi per teſtes præſentes probari poteſt, adeoque, ut ab aliis credatur, jure poſtulare poſſumus. *eſt cum Propoſitione, quam ipſi ex Experientia deduximus.*

Scholion: Exempli loco eſſe poſſunt *duo Præjudicia* hominum, tantum non univerſalia: de motu Solis & Stellarum; item de influxu phyſico animæ in corpus & contrà.

IV,

Experimenta inſtituuntur, vel circa rerum *proprietates*, vel circa *actiones & paſſiones mutuas.* Percipimus enim in rebus ſingularibus connexionem earum vel cum certis proprietatibus, vel cum certis mutationibus, quas in ſe invicem producunt. In priori caſu formantur *Propoſitiones ſingulares,* de rerum ſingularium *proprietatibus;* in poſteriori formantur *propoſitiones ſingulares* de rerum ſingularium *mutationibus,* hoc eſt, de actionibus & paſſionibus earundem mutuis. *Duo genera Experientiarum:*

V.

Regula inveniendi rerum singularium proprietatis per experientiam:

Est autem PROPRIETAS id omne, quod in essentia rei sola rationem sufficientem agnoscit. Hinc rerum singularium *proprietates* inveniuntur *per experientiam*: si observemus, quid rei semper & ubique & in omnibus circumstantiis competat; id enim in sola rei essentia, non extra eam in aliis rebus, fundatur; rem, si id in potestate nostrâ sit positum, ex uno loco in alium transferendo, si id fieri nequeat, rem eandem diverso tempore & diversis sub circumstantiis considerando, notiones denique distinctas tum rei ipsius, tum proprietatis, &, si opus fuerit, rerum etiam ambientium inquirendo.

VI.

Regula inveniendi actiones unius in aliud per experientiam:

Si *mutatio* in re quadam *semper & ubique* fieri observetur ad præsentiam alterius rei, ipsi conjunctæ: quin *ratio mutationis* in re unâ, sit in re altera, hoc modo ipsi conjuncta, dubitari nequit. RATIO SUFFICIENS MUTATIONIS in re una tum datur in altera; si nulla in utraque antecesserit *mutatio* talis, sine qua *mutatio posterior* non fuisset secuta & nulla etiam alia res, *rationem mutationis* aliquam contineat.

Coroll. Patet hinc, quam necessarium

sit in OBSERVANDO, *attendere I. ad omnes omnino alicujus mutationis circumstantias*, quippe quarùm *minima* efficere potis est, quo minus *mutatio* hæc vel illa in hoc casu eodem modo consequatur, quo consequebatur in alio: *II. ad ipsam mutationis & virium, à quibus mutatio aliqua pendet, quantitatem.* Unde consequitur, nos carere non posse in *Observando* sufficienti Scientia quantitatis, h.e. *Mathesi.*

VII.

Cautela:

Si duae *mutationes*, vel *semper*, vel *plerumque* sint conjunctæ, quarum tamen una non continet rationem alterius: fieri potest, ut *rationem sufficientem mutationis* in aliquâ re quæramus, in qua tamen illa non continetur. Quod tum demum se manifestò prodit; si, VEL SEMEL, re existente una, rem alteram non existere *observemus*; iisdem scilicet manentibus omnibus reliquis circumstantiis.

VIII.

Regula inveniendi quantitatem viri-

Ut nobis innotescat, *an* res quædam *rationem mutationis* alicujus contineat in se, vel *quid quantumve* quælibet earum, quæ, simul sumtæ, *rationem suffi-*

 cientem

um, rerum singularium, ad mutationem aliquam concurrentium:

cientem alicujus mutationis in ſe continent, ad *mutatinem* conferat: I. inveniendæ ſunt ſeorſim rerum illarum *Proprietates*; II. ſingulæ res cum ſingulis rebus ſunt combinandæ, & quæ *mutatio* ex binarum combinatione ſequatur, obſervandum: denique III. Singulæ hæ *mutationes* conferendæ ſunt cum *mutatione*, ex combinatione rerum omnium ingredientium reſultante.

IX.

Regula deducendi propoſitiones univerſales ex Experientiis;

Ne *perceptiones* noſtras cum *rebus ipſis extra nos* confundamus, & ex *Experientia* plus inferamus, quàm in illa continetur: non negligendæ ſunt REGULAE OPTICAE, ſecundum quas res, ut extra nos exiſtentes, ſe nobis repraeſentant.

Vitium Supreptionis:

Scholion: Quoties in *Obſervationem* à nobis inferuntur praejudicia noſtra: toties committitur VITIUM SUBREPTIONIS.

X.

Regula antecedentis fundatum:

Cum ea, quæ eandem agnoſcunt eſſentiam, easdem etiam, *ſub iisdem circumſtantiis* producant mutationes: manifeſtum eſt, ex *Experientiis* deduci poſſe *Propoſitiones univerſales*, & principio hoc negato, nullum in actionibus humanis locum relinqui *Experientiæ*.

Patet

XI.

Patet ſimul RATIO AGENDI EMPIRICA. *Empiricus* enim non conſiderando *identitatem circumſtantiarum in eventibus ſimilibus*, inſtar brutorum *caſus exſpectat ſimiles*, quos *memoria perceptionum confuſarum*, olim productarum, ipſi ſuppeditat, & quos præſentibus ſimiles eſſe aſſumit. Quod ſi nullius caſus ejusmodi recordetur, dubius hærens nihil determinare audet. *Ratio agendi Empirica.*

Caput VI.

De Uſu praecedentium Regularum in inveniendis Axiomatis, Poſtulatis, & Theorematis, item in reſolvendis Problematibus.

Conſpectus.

I. Regula inveniendi Axiomata & Poſtulata: II. Regula inveniendi Theoremata: III. Regula reſolvendi Problemata: IV. Regula mutandi Problemata in Theoremata: V. Regula circa Problemata, per Experientiam ſoluta.

I.

CUm *Axiomata* & *Poſtulata* deducantur ex unica *definitione*, *per* §. *XIII. Cap. III.* ad invenienda utraque non requi- *Regula inveniendi Axio-*

mata & Postulata: requiruntur, nisi *notiones distinctæ elementorum* definitionem aliquam ingredientium, earundemque consideratio, seorsim primo, tum conjunctim facta:

Coroll: *Axiomata* & *Postulata* non indigent demonstratione.

II.

Regula inveniendi Theoremata: *Theoremata* requirunt comparationem plurium definitionum inter se, *per* § *XIV. Cap. III.* consequenter inveniuntur beneficio tum *notionium distinctarum*, *definitiones* singulas ingredientium, tum *experientiarum*, de re aliqua institutarum, tum *veritatum*, de re aliqua jam demonstratarum: quatenus unum eorum non concipitur, nisi propter alterum.

Coroll. I. In inveniendis *Theorematis* non semper à *definitione* subjecti cogitandi fit initium, sed à *proprietatibus* etiam, vel *per experientiam*, vel per *demonstrationem* de subjecto jam deductis.

Coroll. II. In inveniendis *Theorematis* initium à definitionibus paucis & simplicioribus & progressus fieri debet ad definitiones plures magisque compositas: ut hac methodo primum *Theoremata*, probatu facilia, ex

ex definitionibus eruantur: conſequenter PRAXIS ARTIS INVENIENDI non eſt facilior, quàm in *Arithmeticâ* & *Geometriâ*, cumque eadem requirat *Ingenium*, *Acumen* & *Profunditatem*: ARS INVENIENDI SPECIALIS creſcit cum Scientia.

III.

Regula reſolvendi Problemata:

Ad RESOLUTIONEM PROBLEMATUM requiritur *inventio modi, quo aliquid fieri poſſit*, per §.xiv. Cap,iii. Ante omnia igitur POSSIBILITAS talis MODI, ſi à nobis arbitrario aſſumatur, demonſtranda eſt per *notiones diſtinctas* omnium ad *Modum* illum concurrentium. Quod tamen opus non eſt, ſi *Modus* ille è *Theorematis* vel *Definitionibus poſſibilibus* legitime fuerit deductus.

IV.

Regula mutandi problemata in theoremata:

Si *Reſolutio* alicujus *Problematis* aſſumatur loco *hypotheſeos* & *quaeſitum* loco *theſeos*: *Problema* mutatur in *Theorema* & ſufficienter demonſtratum eſt; ſi vel *per experientiam* vel per *Demonſtrationem* nobis innoteſcat, poſita *hypotheſi*, ſequi *theſin* & *hypotheſin* ipſam eſſe *poſſibilem*.

V.

Regula circa Problemata per experientiam soluta.

Si *Resolutio* alicujus *Problematis* nobis per *Experientiam* innotuerit: cavendum est, ne ab uno casu sine sufficienti ratione ad omnes fiat argumentatio, antequam de *similitudine omnium circumstantiarum* satis constet, *per §.xi.Cap.v.*

Caput VII.

De Usu praecedentium Regularum in dijudicandis aliorum inventis atque scriptis; in specie in explicanda Scriptura Sacra.

Conspectus.

I. Regula dijudicandi aliorum inventis generalis: II. Regula dijudicandi definitiones, ab aliis inventas: III. Regula dijudicandi Principia mutationum, ab aliis assignata: IV. Regula judicandi de demonstrationibus aliorum: V. Regula judicandi de aliorum Viribus Intellectus: VI. VII. VIII. Regulæ dijudicandi aliorum Theoremata: IX. Regula dijudicandi Resolutionem Problematum: X. Regula judicandi de utilitate inventorum ab aliis: XI. Regula judicandi de aliorum Observationibus: XII. Regula judicandi de Scripto historico: XIII. ex gradibus

libus credibilitatis: XIV. Regulæ judicandi de ſcripto dogmatico: prima; XV. ſecunda; XVI. tertia; XVII. quarta: XVIII. Regula intelligendi ſcriptum hiſtoricum: XIX. dogmaticum. XX. Regula explicandi aliorum Scripta; in ſpecie Scripturam Sacram: XXI. Cur Scriptura Sacra ſervet in naturalibus verborum proprietatem: XXII. Exegeſis Scripturae Sacrae.

I.

INVENTA aliorum vel ſunt *Definitiones*, aut *Deſcriptiones*, *per §. xxiv. Cap. I.* vel ſunt *Experientiæ*, *per cor. I. §. II. Cap. V.* vel *Axiomata* aut *Poſtulata*, *per §. XIII. Cap. III.* vel *Theoremata* aut *Problemata*, *per §. XIV. Cap. III.* Quare *in dijudicandis aliorum inventis* ſingula referenda ſunt ad has Veritatum claſſes: *Regula dijudicandi aliorum INVENTA generalis:*

II.

Qui *Eſſentiam* rei ſe explicare profitetur & *proprietates* ſolummodo rei, quibus ab aliis rebus, ad idem genus pertinentibus, diſtinguitur, recenſet: *Definitionem nominalem* pro *reali* venditat, *per § xxv. xxvi. Cap. I.* *Regula dijudicandi Definitiones, ab aliis inventas:*

III.

Qui *Mutationes* rerum perculiaribus vocibus diſtingvunt & voces illas pro *Prin-* *Regula dijudi-*

candi Principia mutationum, ab aliis assignata: *Principiis mutationum* venditant: *Voces in*[anes] aliis pro *rebus* obtrudunt; *per §. II* *Cap.v.& §.VII.Cap.II.*

IV.

Regula judicandi de Demonstrationibus aliorum: Qui *Notionum* suarum *possibilitatem* no[n] demonstrat: quicquid ex illis deducit, v[el] *insufficienter* vel falsò demonstrat. I[d] enim tamdiu manet *incertum*, quamdi[u] *Notionum possibilitas* nobis manet *incogni*[*ta*]*ta*: at *falsum* evadit, quam primum *im*[*possibilitas*] *possibilitas notionum* assumtarum est de[-]monstrata, *per* §.*I. Cap.III.*

V.

Regula judicandi de aliorum viribus Intellectus: Qui in potestate sua habet ex pluribu[s] definitionibus deducendi *Theoremata*: [i] multo magis in potestate sua habet, in[-]veniendi *Axiomata*, *Postulata*, *Corollar*[*ia*] & *Scholia*, non contrà, *per* §. *XIII. XI*[*V.*] *XV. Cap.III.*

VI.

Regulæ dijudicandi aliorum Theoremata: Prima; Qui in *Theorematibus demonstrandi*[s] vel assumit in præmissis proposition[es] *incertas* aut planè *falsas*, vel peccat [in] *consequentiam formalem* Syllogismorum[:] is *Theoremata* sua aut *falso*, aut saltem *in*[-]*sufficienter* demonstrat, *per* §.*XVI.Cap.I*[*II*]

VII.

Secunda; Qui *Theoremata* pro *Axiomatis* vend[i-]

ta[-]

at, & *propositioes Universales*, ex *Experientiis* deductas, cum ipsis *Experientiis* confundit: ille *Propositiones*, quae *demonstrari debere*, non *demonstrat*, per §. XIV. Cap. II. per cor §. I. Cap. VI. & § III. IX. Cap. V.

VIII.

Tertia:

Qui meras *opiniones* pro *Theorematibus* venditat: naturam *Demonstrationis* ignorat, consequenter *Artem Inveniendi*, per cor. III. §. III. *Praecognitorum*, & periculo *errandi* se exponit.

Scholion: Legi meretur WOLFIUS *Lib. cit. Cap.* VII. §. XVIII. XIX. & XXII.

IX.

Regula dijudicandi Resolutionem Problematum:

Qui in *Resolutione Problematum Modum* praescribit, in se licet *possibilem*, *insufficientem* tamen ad inveniendum *quaesitum* ex *datis*: illius *Resolutio vera* quidem est, sed *insufficiens*. Qui autem in *Resolutione Problematis Modum* praescribit, in se quidem *possiblem*, *ad scopum* tamen *nihil facientem*; vel planè eidem *contrarientem*: illius *Resolutio* est *falsa*. Qui *Modum impossibilem*, sive ex toto sive ex parte, praescribit: illius *Resolutio* est *impossibilis*. Qvi *Modum* praescribit, cujus *ratio applicandi* ignoratur: illius *Resolutio* est *insufficiens*. Qui denique in

Reso-

Resolutione Problematis Modum eligit, mu[lta] *ad scopum haud facientia* continentem, illius *Resolutio minus* est *accurata*; utut *ve[ra] & sufficiens* esse possit.

X.

Regula judicandi de utilitate INVENTORUM ab aliis:

Cum *Usus* in applicatione consistat: nullum *INVENTUM* aliorum INUTILE d[i]cendum est; nisi prius certò conste[t] nullum casum in vita humana esse possi[]bilem, in quo *Veritas* illa sive *novum* al[iud] quod *naturæ possibile*, sive mediate, sive im[]mediate, applicatum, statum nostrum in[]ternum aut externum perfectiorem re[d]dere possit.

XI.

Regula judicandi de alio, rum Observationibus:

Qui *sufficienti* in hoc vel illo rerum genere *Instrumentorum Apparatu* ad *Ob[]servandum* instructus est, & *regulas Capi[]tis V.* convenienter applicare novit: d[e] illius *Observationibus & Experimentis* præ[]clara quæque speranda sunt.

Scholion: Ex. gr. Qui *Anatomiae pe[]ritus & Microscopiis instructus* ad *Stru[]cturam Corporum organicam* dete[]gendam accedit; vel praesens *Gene[]sin Corporis* observat: ille *Definitio[]nes reales* corporum naturalium i[n] potestate habet, *per §. XXVII. Cap. I.*

XII

XII.

Qui in *Scripto Historico* ordinem servat naturalem, hoc est, res omnes cum omnibus suis circumstantiis ita describit prout se invicem consecutae sunt: *veram* & *sufficientem* HISTORIAM posteritati relinquit.

Regula judicandi de Scripto Historico;

XIII.

Cum *Historiae* non sciantur, sed credantur: ex *gradibus* CREDIBILITATIS de illarum Veritate judicandum est.

Ex gradibus Credibilitatis:

Scholion: Legi meretur WOLFIUS *Lib. cit. Cap.* VII. *§.* V. *seqq. Cap.* X. *§.* VI - X. *inclus.*

XIV.

Qui in *Scripto Dogmatico* omnia proponit, quae *pro ratione status Scientiarum* illo tempore, quo Auctor vivit, detegi potuerunt: illius SCRIPTUM DOGMATICUM est *sufficiens*; praeterea etiam *solidum* & *accuratum* est, si omnia *Theoremata* ex primis Principiis demonstrentur, vel saltem, ubi demonstrata sint, in dicetur, *per §.* V. *Cap.* VII.

Regulae judicandi de Scripto dogmatico:

Prima;

Corollar. Ad dijudicandam *Sufficientiam alicujus Scripti Dogmatici* requiritur Notitia *Historiae Litterariae* singulorum seculorum.

XV. Qui

XV.

Secunda; Qui in *Scripto Dogmatico* plura propo[...]
nit, quàm Scopus Scripti exigit: illiu[...]
Scriptum dogmaticum *prolixitatis* & *ex-*
travagantiæ vitio laborat.

XVI.

Tertia; Qui ſola *Experimenta* ſua explicar[...]
conſtituit,& *Propoſitiones* ex *Experiment[...]*
deductas,pro *Experimentis* venditat: illiu[...]
Scriptum Dogmaticum *incertitudinis* la[...]
be infectum eſt, *per* §.*VII. Cap.VII.*

XVII.

Quarta: Qui in *Scripto* aliquo *Dogmatico* omne[...]
voces diſtinctè explicat, & propoſitione[...]
omnes ex principiis infallibilibus infal-
libiliter demonſtrat: illius *Scriptum dog-*
maticum ſoliditatis gloriari jure meretu[...]

XVIII.

Regula intelligendi ſcriptum Hiſtoricum: In INTELLIGENDO *Scripto Hiſtori[...]*
ſola *attentione* ad conſecutionem reru[...]
geſtarum opus eſt, *per* §. *XII. Cap.VII.* [...]
memoriæ conſulitur, ſi Lectio ipſa ſuc-
ceſſive per partes inſtituatur.

XIX.

In *intelligendo Scripto dogmatico Scop[...]*
Dogmaticum: Auctoris præcognoſcendus eſt, non tan[...]
tum *generalis*, quem ſibi in toto Ope[...]
habuit præfixum, & plerumque ex ru[...]
bri[...]

bro & præfatione Libri cognoſcimus; ſed & *ſpecialis* ſingularum partium, & *ſpecialiſſimus* ſingulorum Capitum & articulorum, *per* §. *XIV. XV. Cap. VII.* *Scopo* Auctoris deteſto, *Concluſiones* ex ipſo textu ſunt eruendæ, & ab ipſis *demonſtrationibus*, item *definitionibus*, *obſervationibus*, *Scholiisque* probè ſunt diſtinguendæ, *per* §. *I. Cap. VII.* *Notiones* etiam *eædem* cum *Vocibus* Auctoris ſunt conjungendæ, quos ipſe cum illis conjungi vult, ne alienum Auctori ſenſum affingamus, *per* §. *IX. Cap. II.* Qvod ſi Auctor ipſe *Voces* ſingulas, quibus utitur, non diſtincte explicet, illa *vocum ſignificatio* eſt retinenda, quæ *ſenſum ſcopo* Auctoris *convenientiſſimum* fundit. Nec facilè *contradictio* quædam Auctori eſt imputanda, utut ob loquendi inconſtantiam, in vita communi regnantem, unam eandemque *vocem* diverſis in locis diverſo in ſenſu acceperit.

XX.

Regula explicandi aliorum Scripta; In ſpecie Scripturam Sacram:

Fundatur in articulo præcedenti genuina METHODUS INTERPRETANDI ALIORUM SCRIPTA; in ſpecie autem ipſam SCRIPTURAM SACRAM. Cum enim *ſcopus* DEI in Revelatione ſua ſit, ut homines inde divinam voluntatem circa Myſterium ſalutis humanæ intelligant: cum

singulis *Vocibus*, peculiares conjunxi *Notiones*, sine quibus ipsæ voces in fom-tibus inanes forent soni. Jam verò per *Ex-perientiam* constat, DEUM sapientissi-mum *notiones* cum *Vocibus* in Sacris litte-ris conjunctas, non immediata sua vir-tute in legentibus producere. Quare necesse est, ut *ipsæ voces*, sive lectæ sive auditæ, sint aptæ ad *notiones* illas in no-bis excitandas, quas *AUCTOR* SCRI-PTURAE S. cum illis conjungi à nobis voluit; in illis autem casibus, in quibus DEUS *notiones* à nobis conjungi vult cum *Vocibus* nonnullis, *à notionibus*, quas eæ-dem in *communi Linguæ usu* agnoscunt *diversas* DEUS ipse *notiones* tales per *voces clariores* manifestet.

XXI.

Cur Scriptura S. servet in naturalibus Verborum Proprietatem?

Atque hinc patet, SCRIPTURAM S. ubique SERVARE IN NATURALIBUS VERBORUM PROPRIETATEM, hoc est, *Voces* usurpare in illa significatione quam *res* & *mutationes naturales*, voci-bus illis denotatæ, in communi vita agnoscunt, dum easdem praesentes *per-cipimus*.

XXII.

Exegesis Scripturæ S.

Tota igitur EXEGESIS SCRIPTURAE S. huc redit: ut I. *notiones singularum vocum* eruantur, idque ex *usu Linguæ*

Hebræ

Hebraeæ atque Græcæ recepto : II. Conclusiones omnes ſibi ritè *ſubordinentur*; cùm inter *Veritates ſupernaturales* eadem ſit connexio, quæ eſt inter veritates naturales, & ex *principiis ſupernaturalibus*, eadem prorſus methodo deducantur *conclusiones ſupernaturales*, quâ concluſiones ex principiis rationis deducuntur, quæ proinde objectum non *Scientiæ*, ſed *Fidei* noſtræ conſtituunt, utut multa etiam ex ratione ſimul *ſciri* poſſint, quæ ex revelatione divinâ *creduntur*.

Caput VIII.

De Uſu praecedentium Regularum in convincendis aliis de Veritate, a nobis inventa, in refutandis aliorum erroribus & in collatione Sententiarum ſuper quæſtione dubia.

Conſpectus.

I. Convincere quid inferat? II. Regulæ convincendi alios: III. Effectus Convictionis: IV. Cur non ſemper obtineatur? Prudentia revelandi veritatem: V. Præjudicium de infallibilitate convincentis & nimia de ſe ipſo fiducia convincendo vitanda ſunt: VI. Refutare quid inferat? VII. Effectus Refutationis:

nis: Errare: VIII. Cur non semper obtinea- tur? IX. Disputatio quid involvat? X. Usu Definitionum nominalium: Formatio Sta- tus Contraversiae: XI. Oppositio: XII. in quo differat à formali Demonstratione? XIII. fieri potest per Enthymemata: XIV. & per Quaestiones: XV. Disputantium Officia Spe- cialia.

I.

Convincere quid inferat?

QUi alium CONVINCERE de *verita- te* afferti sui conatur: ille cona- tur efficere, ut alter eadem evidenti- *subjecti & prædicati* habitudinem mutuam ad se invicem, in *Propositione* aliqua ob- viam, intelligat, qua ipse eandem ex prin- cipiis suis deduxit.

II.

Regulæ convincendi alios:

Hinc patet ad CONVICTIONEM A- LIORUM requiri: I. ut omnes *voces* *subjectum & prædicatum*, sive immediate sivè mediate, ingredientes, definiantur; quia sine sufficienti analysi *subjecti* & *præ- dicati* in *definitiones*, ex quibus, vel pro- xime vel remote, constant, nullam *Pro- positionem* perfecte intelligere possumus; *per* §. *IV. IV. & IX. Cap. II.* II. ut ex *defini- tionibus possibilibus* præmissis per *Syllogis- mos*, formaliter bonos, deducatur *Conclu- sio*, de cujus veritate alium convincere studemus, *per* §. *xv. Cap. IV.*

Scho-

Scholion: Præclarus hic Habitus, alios de Veritate, *à* nobis inventa, convincendi per *Arithmeticæ* & *Geometriæ* ſtudium acquiritur, in quibus demonſtrationes veritatum ſunt evidentiſſimæ & facillimæ.

III.

Effectus *Convictionis* eſt Scientia in aliis de eo, quod vel aſſerimus vel negamus, producta. Eſt autem SCIENTIA promtitudo illorum, *Propoſitionem*, de cujus veritate à nobis convicti ſunt, aliis rurſus ex principiis infallibilibus infallibiliter *demonſtrandi*, ut eadem *Convictio* de veritate *Propoſitionis* demonſtratæ etiam in aliis producatur. *Effectus Convictionis:*

IV,

Effectus tamen ille in *Convincendo* præſupponit: I. *Intellectum*, in demonſtrando exercitatum: II. *Voluntatem*, veritatis cupidam; III. *Attentionem* ſufficientem ad ſingula propoſita: IV. *Tempus* ad Meditationem ſufficiens. Hinc patet, cur *Convictio aliorum* non ſemper ſit in poteſtate *Sapientis* poſita. *Cur non ſemper obtineatur?*

Scholion: Fundatur in hoc Articulo PRUDENTIA VERITATEM CELANDI, nec promiſcue cum omnibus communicandi. Id quod LEIB- *Prudentia celandi veritatem:*

NITIUS vocare solebat: *Loqui cum multis & sapere cum paucis.*

V.

Præjudicium de infallibilitate convincentis & nimia de se ipso fiducia convincendo vitanda sunt:

Cavendum etiam est *Convincendo* ne O*pinionem* meram de *Convictione* sua pro *ipsa Convictione* de veritate *Propositionis* habeat. Talis autem *Opinio* oritur ex *defectu attentionis* & ex *præjudicio de infallibilitate Proponentis*, vi cujus possibilitatem definitionum & principiorum alterius, sine examine, admittimus; itemque ex *nimia de se ipso fiducia*, vi cujus non omnia resolvuntur in prima principia, tamquam nimis vulgaria & examine indigna scilicet!

VI.

Refutare quid inferat?

Qui alium REFUTARE conatur: ille efficere conatur, ut alter de *falsitate* alicujus *Propositionis*, quam pro vera assumit, *convincatur*.

Coroll. I. Nulla *Refutatio* locum habet, cum in re ipsa consentimus, & in verbis tantum dissentimus.

Coroll. II. Nec differt à *Convictione*, nisi ratione objecti, quod in *Refutatione* est *Error* alterius, vel *Propositio* falsa; in *Convictione* est *Veritas*, vel *Propositio vera*, à nobis demonstrata.

Coroll. III. Eodem igitur modo in *refutan-*

futandis aliorum *erroribus*, quo in *convincendis* aliis de *Veritate* procedimus, per §.11.Cap.VIII.

VII.

Effectus Refutationis: Effectus *Refutationis* est Convictio alterius de errore suo. *Errare:* ERRARE autem dicitur, qui pro principiis assumit *definitiones impossibiles*, hoc est, quarum notæ ingredientes sibi invicem repugnant, & in *Syllogismis* suis præmissas admittit falsas.

VIII.

Cur effectus hic non semper obtineatur? Effectus hic tum demum obtinetur à *Refutante*, cum ad *Refutationem* accedit animo, solius veritatis cupido, & affectibus perversis vacuo & *Refutandus* ad omnia sufficienter attendit, similiterque dispositus est.

Coroll. Hinc cavendum est, ne adversarium nostrum ad *iram* provocemus, ejusque *Attentionem* impediamus, argumenta ejusdem contemnendo, sugillando, &c.

IX.

Disputatio quid involvat? Qui DISPUTAT CUM ALIO SUPER QUAESTIONE DUBIA: ille negat, quod alter affirmat, & contra affirmat, quod alter negat.

Coroll. I. Ad omnem *Disputationem* sive collationem Sententiarum super Quæstione dubia ad minimum requiruntur duæ Personæ; quarum una dicitur AFFIRMANS sive RESPONDENS, altera NEGANS sive OPPONENS.

Coroll. II. Vera *contradictio* est anima omnis disputationis.

X.

Usus Definitionum nominalium: Patet hinc Usus *definitionum nominalium* in Disputationibus, sine quo LOGOMACHIAE sunt inevitabiles, *per* §. *IX. Cap. II.*

Formatio Status Controversiæ: Scholion: Huc pertinet FORMATIO STATUS CONTROVERSIAE.

XI.

Oppositio: OPPOSITIO ipsa non est nisi *demonstratio antitheseos Respondentis* per *formales Syllogismos*, quæ tandem desinit in *prima principia*, hoc est, in *Syllogismos*, quorum *præmissæ* vel sunt *definitiones possibiles*, vel *axiomata*, vel *experientiæ* indubitatæ, vel *propositiones identicæ*.

XII.

In quo differat à formali Demonstratione? Differt tamen in eo à *formali demonstratione*, quod initium *Oppositionis* fiat à *Syllogismo*, in *Demonstratione* ultimo, cujus

Con-

onclusio Thesi Respondentis directè con-
radicit, *per cor. II. §. IX. Cap. VIII.* &
rogressus fiat ad minus semper compo-
ta, donec perveniatur ad *prima principia.*

XIII.

Non tamen opus est, ut *Oppositio* fiat er *Syllogismos* integros. Disputari etiam otest per *Enthymemata.* *Fieri potest per Enthymemata:*

XIV.

In Resolutione *Oppositionis* in *Syllogismos* ormales fundatur ARTIFICIUM DI-PUTANDI PER QUAESTIONES; dum el *Præmissæ* ipsæ, vel necessariæ *Præmis-rum Consequentiæ*, per *quæstiones Respon-enti* proponuntur, ut eidem invito dein-eps extorqueatur *Conclusionis* concessio. *Et per Quæstiones.*

XV.

Specialiora de OFFICIIS DISPUTAN-IUM habentur in *Idea Boni Disputato-* citatâ. *Disputantium Officia specialia.*



LIBER SECUNDUS
DE
HYGIENE
PRAECOGNITA
De Hygiene ejusdemque Regulli
in genere.

Conſpectus.

I. Hygiene ſive Medicina Præ ſervativa Corporis : II. Regula Me dicinæ Præſervativæ Corporis: III, Modi conſervandi Sanitatem Hominis in quo con ſiſtat: IV. quando Modus ille ſit naturalli V. Explicatio hujus Modi diſtincta: VI. Hy giene præcipua Medicinæ pars.

I.

Hygiene ſive Medicina Præſervativa Corporis: HYGIENE ſive MEDICINA PRÆ SERVATIVA CORPORIS, non e niſi *Modi naturalis*, quo Hominis *Sani tas* conſervari poteſt, diſtincta explicati

II.

Regula Medicinæ Præſervanvæ Corporis: REGULA MEDICINAE PRAESER VATIVAE CORPORIS dicitur omn formula generalis, quâ *modus* ille *natu ralis* conſervandi *Sanitatem Hominis* d ſtincte explicatur.

III

III.

MODUS SANITATEM HOMINIS CONSERVANDI consistit in *Regimine* n gestionis, egestionis, usus aëris, mo-tûs, quietis, affectuum (quæ Medicis vul-go *sex rerum non naturalium* nomine veniunt) & denique Consuetudinis. *Modus conservandi Sanitatem Hominis, in quo consistat:*

IV.

Hic MODUS tum NATURALIS est, um Regiminis illius rerum, modò enu-meratarum, sufficientem rationem ex tructura corporis nostri dare valemus. *Quando Modus ille sit naturalis:*

V.

EXPLICATIO autem HUJUS MODI DISTINCTA non est, nisi repræsentatio llius Regulæ, quæ in ipsâ Corporis no-tri structura rationem sufficientem a-noscit, secundum quam rebus enume-atis ita utimur, ut in structura corporis ostri illius Usus rationem sufficientem emper assignare valeamus, quà suas par-es, per voces determinatæ significatio-is facta. *Explicatio hujus Modi distincta:*

VI.

Cum *Sanitatis* conservatio magis in otestate Sapientis sit posita, quam ejus-em recuperatio; apparet ratio, cur Me-dico- *Hygiene præcipua Medicinæ pars:*

dicorum ſapientiſſimi nobiliſſimæ τῆς Υ'γιεῖας doctrinæ præcipuum in Arte Salutari locum aſſignaverint.

Scholion: Rectè HIERONYMUS CARDANUS de Sanitate tuenda *Proem. p. 3. ed. Baſil. 1582. fol.* inter duas potiſſimùm MEDICINÆ partes; *unam*, quæ præſentem tuetur, *alteram*, quæ abſentem revocat Sanitatem, priorem, *quæ ſanitati tuendæ incolumique producendæ dicata eſt*, pro potiori habet, quæ non parum alteram illam antecellat.

Caput I.

De Regulis præcipuis judicandi de SANITATE ejusque CAUSIS.

Conſpectus.

I. Experientia fundamentalis: Vita animantis conſiſtit in circulo ſangvinis: II. in quo Cauſa Vitæ, Sanitatis, & Mortis quærenda eſt: III. Regula ex criteriis Sanitatis judicandi de Homine; an Sanus ſit, necne: IV. Cauſa proxima Sanitatis: V. illius ratio: Regula judicandi de juſta Sangvinis quantitate, temperie & fibroſitate: VIII. Conſervatio Sanitatis in quo conſiſtat.

I. Ex-

I.

EXperientia conſtat; arterias ligatas inter vinculum & cor ſangvine plenas fieri, inter ligaturas autem & partes externas inaniri & detumeſcere; contra venas ligatas inter ligaturas & partes externas ſangvine impleri, inter ligaturas autem & cor depleri. *Experientia fundamentalis:*

Coroll. Vita igitur Animantis in motu Sanguinis atque humorum conſiſtit, hic autem motus à corde, tanquam principio ſuo per arterias ad partes progreditur, & ab his per venas ad cor, tanquam principium ſuum, regreditur, adeoque in *circulum*, motu periſtaltico diaphragmatis adminiculante, redit. *Vita Animantis conſiſtit in circulo Sanguinis:*

II.

Atque hic *Sangvinis Circuitus* ab adſumtis alimentis augetur & minuitur; à nimia autem fame prorſus tollitur. *In quo cauſa Vitæ, Sanitatis & Mortis quærenda eſt:*

Coroll. Manifeſtum igitur eſt CIRCULUM Sangvinis non pendere à principio immateriali, & proinde *Cauſam Vitæ, Sanitatis* & *Mortis* à nullo principio immateriali eſſe derivandam.

Scho-

Scholion: Hinc ipſa etiam Scriptura Sacra LEV. XVII. 14. & DEUT. XII. 23. Vitam & Animam in *Sanguine* collocat.

III.

Regula ex Criteriis Sanitatis judicandi de Homine; an Sanus ſit, nec ne:

HOMO SANUS dicitur, cujus

I. In Cerebro diſtinctæ fiunt impreſſiones:

II. Facies colore roſeo & candido vel ſubnigreſcente prædita eſt:

III. Univerſum corpus moderato calore æqualiter perfunditur:

IV. Reſpiratio libera eſt:

V. Membra agilia ſunt:

VI. Appetitus integer eſt:

VII. Ingeſtio in abdomine non eſt moleſta:

VIII. Excretiones ingeſtionibus ſunt proportionatæ:

IX. Urina citrini coloris & debitæ eſt conſiſtentiæ:

X. Cutis mollis & uda eſt:

XI. Tranſpiratio libera:

XII. Habitus corporis laudabilis eſt:

XIII. Coitus ſine notabili virium fr. debilitate:

XIV. Somnus reficiens eſt & placidus:

XV. Mens denique tranquilla eſt atque vegeta.

Scho-

Scholion. Ex criteriis, hactenus enumeratis, facile infertur; SANITATEM HOMINIS absolvi *aptitudine* omnium partium, tam solidarum, quam fluidarum, in Machina humani corporis, functiones suas obeundi *facilè, commodè, æqualiter* & *constanter*: in quo Celeberrimus nostri ævi Medicus HERMANNUS BOERHAAVE *Sanitatis notionem* constituit *in Institutionibus Medicis.* §. DCCCLXXXVI. *ed. tertiæ Lugd. Bat. 1720. in 8vo.*

IV.

Observamus autem hæc omnia in humano corpore fieri; si *Circulus Sanguinis & Humorum* per omnes corporis partes sit *I. moderatus*, hoc est, nec nimis tardus nec nimis celer, nec nimis debilis, nec nimis vehemens: *II. æquabilis*, hoc est, servans semper & ubique eundem celeritatis gradum: *III. liber*, hoc est, nec auctior in una, nec in altera parte depressior: Qvare nullum superesse potest dubium; quin CAUSA PROXIMA SANITATIS *in Circulo Sangvinis moderato, æquabili atque libero* consistat. *Causa proxima Sanitatis:*

V.

Ut igitur SANITAS conservetur, inqui- *Illius ratio:*

quirendum eſt in cauſſas, quibus poſiti[illegible] *Sangvinis circuitus*, modò deſcriptu[illegible] conſequitur. Jam verò *per experientia[illegible]* conſtat, Cauſam circuitus ejusmodi [illegible] Animantibus eſſe æquabilem cordis [illegible] arteriarum conſtrictionem & dilatatio[illegible] nem, ſolidarum autem partium tonu[illegible] nec nimis depreſſum, nec nimis auctum[illegible] & hujus utriusque cauſam eſſe influxu[illegible] ſangvinis arterioſis hujus, porrò influxu[illegible] cauſſam eſſe influxum fluidi nervei; [illegible] hujus denique fluidi generationem [illegible] ipſo ſangvine fieri: ut proinde Sangvi[illegible] nis Circulus moderatus, æquabilis & li[illegible] ber non aliam agnoſcat cauſam, niſi ipſiu[illegible] *Sangvinis debitam quantitatem, temperie[illegible]* & *fibroſitatem.*

VI.

Regula judicandi de justa Sanguinis quantitate temperie, & fibrositate:

QUANTITAS SANGUINIS DEBITA e[illegible] talis ejusdem copia, quæ proportiona[illegible] ta eſt interſtitiis & tubulis partium ſoli[illegible] darum implendis. TEMPERIES SAN[illegible] GVINIS DEBITA eſt talis mixtura omni[illegible] generis partium Sangvinis, quæ debi[illegible] tam rationem earum ad ſe invicem ſe[illegible] vat. Ratio hæc invenitur, comparand[illegible] inter ſe partes ſangvinis principaliores [illegible] homine Sano, & attendo, quoties un[illegible] contineatur in altera. Cum Sangvis, ce[illegible] ſante motu, fœtorem induat, & omn[illegible]
odio[illegible]

odor ſit à ſulphure: manifeſtum eſt, ſulphur ſubtile, ſive partes quasdam oleoſas ſangvinis texturam ingredi. Sanguis, ex ſecta vena in aquam tepidam effuſus, demittit in fundum ingentem portionem ſubſtantiæ mucidæ diaphanæ, & aqua ſupernatans rubra, facta evaporatione, relinquit pulverem rubicundum tenuem & facile inflammabilem: manifeſto iterum indicio, ſangvinem ex ſubtilibus partibus ſulphureis & alcalinis, fixioribus tamen, componi; quas ſangvini colorem rubicundum conciliare, experimentum, cum ſale quodam alcalino & ſubtili ſulphure inſtitutum, (ex.gr. ſi nitrum cum regulo antimonii omnia calcinentur, iisque ſpiritus vini rectificatiſſimus ſuperfundatur) levi accedente digeſtione, teſtatur. Utræque tam viſcidæ terreſtres, quàm ſulphureæ volatiles & tenuiores tum inter ſe, tum cum partibus aqueis, exactè mixtæ, *Maſſam Sangvinis* conſtituunt, cujus *Temperies debita* ſervat rationem triplam partium aquearum ad partes terreas & oleoſas, & rationem duplam partium terrearum ad oleoſas ſive ſulphureas. *FIBROSITAS SANGVINIS DEBITA* eſt nexus ſive compages ſangvinis, ad motum & conſiſtentiam apta.

Scholion: Ex.gr. Libra Sangvinis in homine ſano continet $\frac{3}{4}$ aquæ $\frac{1}{6}$ terræ & $\frac{1}{12}$ olei. Supponendo jam in homine ordinariæ molis cum *RICHARDO LOWERO Tractatu de Corde Cap. III. p. 112. ſeqq. ed. quartæ Londini 1680. in 8vo*, 24 Libras Sangvinis præter propter ineſſe: continebit tota ſangvinis maſſa 18 Libras aquæ, 4 Libras terræ & 2 Libras tantum olei.

VII.

Ex dictis conſequitur, illud omne ſanitatem etiam hominis conſervare, quod *quantitatem*, *temperiem* & *fibroſitatem*, modò deſcriptam, Sangvinis conſervare aptum eſt, & proinde in Hygiene modum illum, quo cibus & potus, aëris uſus, motus & quies &c. id ipſum præſtare poſſint, diſtincte explicandum eſſe; per §. *V. Præcognitor.*

Scholion: Infinita diſſimilitudo ſtructuræ in individuis corporum humanorum non permittit *HYGIENÆ*, ut modum conſervandi *Sanitatem*, omnibus hominum individuis æqualiter convenientem, præſcribere valeat. Hinc fit, ut homines, oppoſito plane modo ſex rebus non natu-

naturalibus utentes, *suam* tamen sibi singuli *sanitatem* servent integram; permutata autem vivendi rationi consueta ægrotent.

Caput II.

De Regulis præcipuis Sanitatem conservandi per Alimenta.

Conspectus.

I. Ingestionis Alimentorum necessitas: II. Regula generalis judicandi de Alimentis, Sanitatem conservantibus: III. Regula circa Alimenta, Cœnæ in specie accommodata: IV. Regulæ circa Potus quantitatem & qualitatem: inspecie circa Usum Aquæ & Potûs Thée: Cerevisiæ: Vini: V. Regula circa Alimenta, ex diversis à Sanguine partibus constantia; in specie circa 1. acida, quæ per aromata & herbas oleosas, 2. compacta, quæ per salsa, acida, & aromata, 3. putrida, quæ per acida, 4. dulcia & spirituosa, quæ per leguminosa corrigi possunt: VI. Praxis Regularum præcedentium, ratione excessus assumtorum, ratione temporis, ratione subjectorum & ratione defectus.

I.

IN Militibus, inediam perpessis, sangvis continuo motu *per* §. *1. Cap. 1.* resol- *Ingestionis Ali-*

 vitur

mento-rum ne-cessitas: vitur in excrementa salsa, sulphurea, mucosa.

Coroll. I. *Sangvinis quantitas temp-peries & fibrositas* continuis mut-tionibus subsunt.

Coroll. II. Hinc etiam ipsa *Sangvi-Circulus per §. IV. Cap. I.* & ipsa *San-tas* hominis, *per §. III. Cap. I.* con-nuis subsunt mutationibus.

Coroll. III. *Sanitas* hominis sine in-gestione Alimentorum conservari (d haud potest.

II.

Regula generalis judicandi de Alimentis, Salvitatem conservantibus;

Quæ ALIMENTA componuntur iisdem partibus, ex quibus const Sangvis, *per §. VI. Cap. I.* illa etiam, ju in quantitate & debito sub regimine gesto, debitam *Sangvinis quantitat temperiem*, & *fibrositatem* conserva adeoque reliquis sunt præferenda, §. *IV. V. Cap. I.*

Scholion: *Alimenta*, Sangvini lau-bili generando apta, sunt 1. LA quippe ex quo chylus constat proinde etiam Sanguis optimus g-neratur. ita ut *Lactis usu* in mor sæpè desperatis & chronicis Ca omnibus frustra tentatis, Sani certo restituatur. 2. BUTYRUM

C

CASEUS, quorum hic Lactis partes terreas, illud partes ejusdem oleosas continet: SEMINA, ſucco lactiformi turgentia, qualia ſunt, *Hordeum, Triticum, Avena, Fabæ, Piſa, Amygdalae, Caſtaneæ, Nuces pineæ, Piſtaciæ, Oryza, Amylum, Frumentum Sarracenicum* & *Turcicum*: 4. PANIS, qui non eſt, niſi farina, ex frumento parata, atque in panem cocta; inprimis ille, qui paratur ex farina ſecali ſicca, cui adhuc admixti ſunt tenuiores furfures cum fermento; quoniam talis: *Panis* plus olei per deſtillationem largitur, & admixtum habet Sal ſubtile acidum, quod cum chylo ad ſangvinem delatum & in ſalſum converſum, vim ſolventem ſalivæ exaltat: 5. OVA, quippe quorum *vitellus* conſtat ex partibus pingvibus & ſulphureis, *albumen* autem ex humidis, ſero ſangvinis conformibus: 6. OLERA, quæ ſuppeditant partes oleoſas, ob admixtum acidum, magis temperatas: 7. FRUCTUS varii, qui ſuppeditant ſangvini partes aqueas: 8. PISCES, qui ex partibus quibusdam oleoſis & pluribus viſcidis conſtant: 9. CARNES,
 bovi-

bovinæ, *vitulinæ*, eorumque *juſcula*, *gallinæ*, *columbæ* & omnia *animantia munda*, iisdem, quibus ſangvis conſtat, partibus abundantia; inprimis *carnes aſſæ*, quippe quæ Sal volatile & oleum per deſtillationem in majori copia fundunt, quam *elixæ* idque ſubtilius *carnes ferarum*, quàm *carnes animalium domeſticorum.*

III.

Regula circa Alimenta, Cœnæ in ſpecie accommodata:

Quæ ALIMENTA facilè à Ventriculo digeruntur: illa cœnæ in ſpecie ſunt accommodata.

Scholion: Talia ſunt: *Juſcula carnium*, *Ova ſorbilia*, *pulli*, *piſciculi*, *vegetabilia cocta*, & *panis ſimilagineus.*

IV.

Regula circa Potus quantitatem & qualitatem:

Qui *AQUAM PURAM* bibunt, aciem oculorum conſervare, dentes habere firmiores & nitidius albicantes, nec laborare ſcorbuto obſervantur.

Inſpecie circa Uſum Aquæ & Potûs Thée:

Coroll. I. AQUA, quo purior & ſimplicior eſt; (qualis eſt *fluviatilis* & *fontana*) eo eſt ſalubrior.

Coroll. II. Inprimis POTUS THEE, tempore matutino, peracta digeſtione, aſſumatur: *Medicina eſt præſervativa adverſus omnes morbos*; maximè iis, qui adſveti ſunt Vino & *Cereviſiis*: quatenus aqua calida non tantum

tantum cruditates, à digeſtione in ventriculo & primis viis relictas, emendare & oſcula tunicæ villoſæ & glanduloſæ abſtergere; ſed & mucoſitates diluere, ſalia excrementitia, pituitam bilioſam & omnes excretiones mirifice adjuvare obſervatur.

Coroll. III. Potus Alimentis ſolidis prævalere debet.

Coroll. IV. Potus parcior plus nocet, quàm abſtinentia a cibo, idque quàm maximè Melancholicis & vitæ ſedentariæ deditis, quibus nimia etiam Potûs quantitas non tam facile nocet, quàm ciborum.

Coroll. V. Ex CEREVISIIS eligendæ ſunt tenues & quæ movent urinam, non gravant caput, non inflant hypochondria, & in ventriculo non aceſcunt. *Puerili* autem ætati quævis *cereviſia & potus inebrians* noxius eſt. *Cereviſiæ:*

Coroll. VI. Ex VINIS generoſa illa ſunt eligenda, quæ acido ſuo ſpirituoſo, & temperato tamen, concoctionem & omnes excretiones per alvum, urinam, tranſpirationem adjuvant & calorem reſtituunt. *Vini:*

Coroll. VII. Inprimis autem *Senibus*,

debilibus, phlegmaticis, frigidis, humi-dis, melancholicis & *vitæ ſedentariis* deditis *VINI GENEROSI USUS MODERATUS*, maxime poſt aſſumtionem inflantium, oleraceorum, & piſcium, magis eſt commendandus, quàm *robuſtis, juvenibus, cholericis* & *ſangvineis.*

Coroll. VIII. *VINA DULCIA*, cùm ſangvinem augere obſerventur: *et ſuccis* & *macilentis* conveniunt. *VINA* autem *SULPHUREA*, nervos debilitando, omnibus (*ſenibus* maxime atque *pueris*) nocent.

V.

Regula circa Alimenta, ex diverſis à Sanguine partibus conſtantia:

Quæ Alimenta non conſtant ex iisdem cum Sangvine partibus: per ſuper ingeſta alia ſunt corrigenda.

In ſpecie 1. Circa Acida,

Scholion: Talia ſunt: 1. *ACIDA*, quæ diverſam ſine dubio à Sangvine ſtructuram agnoſcunt, cùm eidem, ſicut & Lacti atque pingvibus, coagulum inducere obſerventur: ex. gr. *Fructus crudi, Vina Acida*, aliaque *acetaria.* Hinc Lacticiniis & Pingvibus nunquam ſuperingerendus eſt Spiritus Vini. Ad Ciborum tamen acidorum & acrium correctionem

Quæ per Aromata

faciunt *AROMATA* omnesque Plantæ

tæ, ſale volatili oleoſo turgentes, quæ mucoſitates reſolvere, flatus diſcutere, digeſtionem & excretiones adjuvare obſervantur. 2. COMPACTA omnia, qualia ſunt, *carnes duræ, exſiccatæ, ſuillæ, infumatæ, angvillæ, piſces marini, radices & fructûs crudi, ova indurata, gelatinoſæ animalium partes, panis groſſior*. Corriguntur autem per SAL COMMUNE, HALECES, SARTELLAS, OLIVAS, SALE CONDITAS. SAL quidem nullum cum Sangvine miſcetur, adeoque per ſe Alimentum laudabile non eſt: at vero *Sal commune*, mucoſitatem diſſolvere, alvum movere & excretiones ciere obſervatur. 3. PUTRIDA, quæ cum Sangvini pariter inducant coagulum, per ACIDA corriguntur, qualia ſunt, *Acetum, Vinum, Cappares conditæ, ſuccus citri*, quæ omnia putredini reſiſtere appetitum excitare, & cibos compactos ſolvere experimur. 4. DULCIA & SPIRITUOSA, quæ ob diverſam à Sangvine ſtructuram per LEGUMINOSA & VEGETABILIA corriguntur, ſi ab his fiat prandendi initium, & indulcibus farriaciis cum-

& herbas oleoſas;

2. Circa Compacta, quæ per Salſa, Acida, & Aromata:

3. Circa Putrida, quæ per Acida:

4. Circa Dulcia & Spirituoſa;

Quæ per Legumi-

 buty-

nosa corrigi possunt.

butyro desinatur, nec his Spirit
Vini superingeratur.

VI.

Praxis Regularum præcedentium:

PRAXIS REGULARUM præceden
tium in conservanda SANITATE per A
LIMENTA consistit in applicatione e
rum ad Ingestionem Alimentorum, de
bito loco, tempore, modo quantitat
suscipiendam. Notandum igitur est:
genere; *Cibum & Potum, utut salubε*

Ratione excessûs:

*rimum, in EXCESSU ingestum, magis n
cere Homini sano, quam Alimentum mini
laudabile, parcius tamen assumtum, m
hilque in omni vitæ genere ME
DIOCRITATE utilius esse: C*

Ratione temporis;

*bum non esse ingerendum illo tempore, qu
Mens Affectibus agitatur, sed prandiu
atque cœnam requirere mentem, ab omn
curâ, affectu & meditatione, quantum fie*

Ratione subjectorum:

*ri potest, liberam: Senes, infantes, puer
omnesque imbecilles, levi etiam in diæ
errore commisso, gravius lædi, quam ali
robustiores, juvenes, viros: copiam ciboru
quorumcunque, maxime autem compact
rum, salsorum, acidorum, spirituosoru
tum maximè nocere, cum fames & abst*

Ratione defectûs:

*nentia longior præcessit, testribus, militib
famelicis, qui copiam ciborum ingerentes i
febres malignos incidunt, & morbo endi*

mi

nio Tſemer *dicto*, *Hungariæ & Tranſſyl-vaniæ familiari*, *qui ortum trabit ex ſubi-taneа ciborum*, *prævia fame*, *ingeſtione.*

Caput III.

De Regulis praecipuis Sanitatem conſervandi per Excretiones.

Conſpectus.

I. Regula generalis circa Excretiones: II. Emunctoria corporis humani diverſa: III. Regulæ ſpeciales circa Alvum: IV. Specia-lis Obſervatio: V. Regulæ circa Urinam: VI. Quænam Urinam moveant & corrigant: VII. Regulæ Speciales circa Tranſpirationem in-ſenſibilem, tum conſervandam, tum recu-perandam: VIII. tum moderandam: IX. Re-gulæ circa Sudorem, Sputum, & Mucum Na-rium: X. Regula circa Uſum Veneris: XI. Regula circa Sangvinis nimii ejectionem, ſtatis temporibus factam: XII. Regula circa Uſum Thermarum & Acidularum: XIII. Regula circa Uſum Purgantium: XIV. Pra-xis Regularum in Regimine Excretionum.

I.

HOmines ſani & corpus labore exer-centes, ſi quotidie ultra XX. Libras aſſumant, nullam inde ſenſibilem ponde-ris acqvirunt acceſſionem. *Regula generalis circa Ex-cretiones:*

Coroll.

Coroll. I. Excretiones ſordium mucidarum ſalino- ſulphurearum, per continuum Sangvinis motum generatarum, *per cor.§.1 Cap.1.* in homine ſano fere ſe habent ut ingeſtiones, convenienter *§.111.Cap.1.*

Coroll. Hinc præſtat, hominem ſanum parum ingerere, quam nimium, & partitis id facere vicibus, quàm ſemel & ſimul de die.

II.

Emunctoria corporis humani diverſa:

Diverſa autem dantur in corpore hominis organico emunctoria: ALVUS, URINA, TRANSPIRATIO, SUDOR, SPUTUM & MUCUS NARIUM.

III.

Regulæ Speciales circa Alvum:

Per ALVUM partes terreſtres craſſiores viſcidæ & mucidæ, tam ciborum quam bilis, ad inteſtina affluentis, cum muco ex inteſtinorum glandulis excernuntur. Nam FOETOREM STERCORUM eſſe à bile & acido, ex experimento, quod cum lixivio ſulphuris vulgaris & antimonii, cui, ſi affundatur liquor acidus, fœtor oritur hoc major, quo major eſt ſulphuris copia, inſtituitur, ſatis manifeſtum eſt. Atque hinc etiam ſtercora, plus acidi ſecum ferentia, albicant & minus fœtida ſunt.

Coroll.

Coroll. I. Omnia, quæ *Alvum* obstruunt, vitanda ſunt.

Scholion: Talia ſunt: nimia voracitas, cibi duri, potus parcior, nimius Spiritus Vini uſus, adſtringentia, acida, viſcida & ex affectibus Mœror.

Coroll. II. Si *Alvus* fuerit obſtructa, reſtituenda eſt. *cauſa excluſionis*, ne ſordes ex nimia retentione indurentur, vel regurgitent ad ſanguinem per inteſtinorum poros. Cauſa autem excluſionis eſt motus inteſtinorum periſtalticus, quo ſordes ad anum uſque devolvuntur, & verò motum hunc bilis promovet: Acuenda igitur eſt hujus efficacia per *Ambulationem in plano* cibo aſſumto, per cibos aromatibus, & ſale conditos, per amara, ſtomachum roborantia. Fractum inteſtinorum motum reſtituunt cibi dulces, acres, ſalſi, aromatibus conditi, in majori copia aſſumti, potus quantitas notabilis & omnia oleoſo-balſamica temperata.

Coroll. III. Si *Alvus* nimis laxa fuerit, evitanda ſunt omnia ſtimulantia, qualia ſunt, cibi acres, ſaliti, dulces, ſpirituoſi, pingves, aromatici, ferementeſcibiles, & ex affectibus Ira: aſſum-

aſſumenda autem ſunt abſorbent
& diluentia. Quo etiam fiat m
tus corporis externus, inteſtina e
ſiccans.

Specialis obſervatio:

IV.

Alvus, quæ interdum citra virium d
trimentum ob ſuperfluum ſerum flu
eſt, quàm maximè ad Sanitatem co
ſervandam conducit.

Regulæ circa Urinam;

V.

Per URINAM ſerum ſuperfluum & ſ
linum ſulphureumque principium cra
ſius ſegregantur. Quod ſi *Urina* nim
tenuis & aquoſa fuerit, ex obſtructio
& lubricitate vaſorum renalium, effectu
eſt dabilis ventriculi; ſi nimis craſſa, co
lorata & ſedimentum deponens, calor
nimii & humidi deficientis effectus eſt.

Urinam moventia & corrigentia:

VI.

Inter illa, quæ *Urinam movere & corri
gere* obſervantur, ſunt: Cereviſiæ tenue
infuſa calida, radicis aſparagi; fraga, m
la perſica, petroſelinum, paſtinaca, r
punculi, cepæ, fructûs cynosbati, bacc
juniperi, ſemen aniſi, fœniculi, lac eju
que ſerum, ſemina quatuor frigida m
jora, & aquæ minerales tam calidæ quà
frigidæ.

VII.

Regulæ ſpeciales

Per TRANSPIRATIONEM INSENS
BILEM ſerum tenue ac ſubtile ſal
ſulphu

lphur superfluum, quorum vestigia in- *circa Transpirationem insensibilem tum conservandam:*
ısiis inhæret, per poros cutaneos ex-
rnuntur, ita ut spatio unius noctis U-
ıæ & fæcum ℥vij tantùm, per Tran-
irationem autem ℥XL amittamus. Et
rum hoc, intra corpus retentum, fe-
ium, rheumatismorum, diarrhoearum
cutis exulcerationum causa existit.

Scholion I. Merentur hic adscribi verba Celeb. BOERHAVE *loc. cit.* §. *CCCCXXVI. seqq.* Sunt sub squamulis epidermidis vascula exhalantia, oblique patentia, ea subtilitate, ut supputentur 125000. hiare in spatio unius vulgaris gravi subuli à LEEUWENHOCKIO; his perpetuo transpirat humor subtilissimus ex omni corporis puncto, vocatus ab inventore primo SANCTORIO, cui uni inventi & perfecti hujus dogmatis gloria debetur. Hujus exhalatio fit tota epidermide externa, tum & cuticula oris, narium, faucinum laryngis, pulmonum, oesophagi, ventriculi, intestinorum, vesicæ, uteri: inde copia ejus omnium aliarum excretionum aggregatas fæces exsuperat: etenim in aëre italo, ætate vegetâ, vitâ beatâ, victu moderato ; assumtorum æquat illâ, quæ cu-

te

te externa, ore, naribus, exha
Summa hujus ſubtilitas, non
bata æquabilitas, copia maxim
levitas ſimul ad ſenſum & pon
auctum ☽ ſtateram, augment
poſt ſomnum: demonſtrat, *perfec ſimam ſanitatem præſentem eſſe, ſim que eſt præcipuum auxilium illi con vandæ.* Receſſus verò ejus ab certiſſimis ferè eſt primus mo nuncius, fortè & cauſa; Ad GORTERI de *Perſpiratione inſe bili Sanctoriano-Batavâ.* Tracta Lugduni Batavia. Item Medic Italica Gallica *DODURTI* & Brit nica *KEILLII* Italica *SANCTO* cum explanatione, Medici Pariſi ſis NOGVER. Pariſiis Anno 17 impreſſus.

Coroll. I. Omnia, quæ *Tranſpiratio hanc* impediunt, vitanda ſunt, §. *111. Cap. 1.*

Scholion: Talia ſunt: ſubitanea a & tempeſtatum mutatio, frigus ternum, cibi acidi, duri, copio ingeſti, nimia alvi evacuatio, & mi inquietudo.

Coroll. II. Verno igitur tempore, natura ſuperfluos humores, per l mem collectos, ejicere laborat,

bitanea aëris mutatio Sanitati infesta est, & externum frigus mensibus Martio & Novembri, manè inprimis & vesperi, vehementer nocivum.

Coroll.III.Utendű contra est omnibus illis,quæ *Perspirationem* hanc adjuvant & amissam restituunt, *per* §.*III. Cap.I.*

Scholion: Talia sunt: Aër purus, serenus & siccus, motus corporis moderatus, panis bene fermentatus, cibi molliores, potus levior, somnus septem vel octo horarum, infusa herbarum temperate balsamicarum, matutino tempore, absoluta concoctione, adsumta, mentis lætitia, vestium non subitanea permutatio, & corporis adversus externum frigus provida stragulis munitio.

Tum recuperandam:

VIII.

Tum moderandam:

Quod si *Transpiratio* hæc nimia fuerit, r fibrarum emollitionem & humidi in rpore detentionem, ad justam temriem reducenda est.

Scholion: Huc faciunt *Balnea*, tam *naturalia*, quàm *artificialia*, quæ in immoderato æstatis calore, nisi ventriculus fuerit debilis, adversus membrorum lassitudinem corporibus macilentis, ex succis & calidis præsens sunt remedium.

IX.

Regula circa Sudorem:

Quàm maximè etiam ad conſervanda *Sanitatem* facit, ſi certis temporibus SU DOR COPIOSUS per univerſum co pus proliciatur per infuſa memorat quæ, in majori doſi aſſumta, fiunt ſud rifera. In ſpecie autem ille *ſudor copi ſus*, qui, certis temporibus, ſponte m ctu citra virium detrimentum effundit æque ac *Alvus*, interdum ſponte flux §. *IV. huj. Cap.* ſalutaris eſt. Idem e judicium de *Excretione illa*, qua in *Cat rhis*, *Coryzâ*, & *Tuſſi* per *Nares* & *Aſ*

Circa Sputum:

ram Arteriam Vere & *Autumno Sa ſum Serum*, ſine Virium detrimen evacuatur; itemque de MUCO N RIUM, quo partes terreæ, viſcoſæ, aqueæ inutiles ab humoribus utilibus i terdum ſeparari ſolent.

Et circa Mucum narium:

X.

Regula circa Uſum Veneris:

Obſervamus, nimiam SEMINIS rete tionem producere torporem & affectu nervis infenſos, contra ex nimio Ven ris uſu corporis vires debilitari, ipſu que tabeſcere.

Coroll. *Amor Conjugalis* homi bus, Semine abundantibus, rob ſtis, juvenibus & Viris, quibus bur ineſt, ad Sanitatem conſerv dam conducit.

XI.

XI.

In Hominibus quibusdam, maximè au-
é in ſangvineis, qui plus juſto ingerunt,
x minus moventur, nimia generatur San-
vinis quantitas. Hic Sanguis in Viris per
'enas hæmorrhoidales ſtatis temporibus;
n Fœminis per *Venas vaginæ uteri*, ſingu-
s menſib9, extraordinario motu eijcitur.

Regula circa Sangvinis nimii ejectionem; ſtatis temporibus factam:

Coroll. I. Abſtinendum eſt, impendente fluxu, ab omni vehementiori animi commotione, ab otio nimio, à pane calido, butyro illito, à cerevisia fæculenta, lacticiniis, acidis, duris, viſcoſis, flatulentis & à frigidis potionibus æquè ac balneis.

Coroll. II. Curandum eſt, ut partes corporis inferiores, inprimis venter, à frigore ſint tutæ.

Coroll. III. Fluxus Sangvinis per Nares, niſi fuerit nimius, non eſt impediendus.

Coroll. IV. Senibus, quibus integer appetitus eſt & vires ſuppetunt, aliisque cibo & potu corpus replentibus, Venæ ſectio, Vere & autumno circa æquinoctium inſtituta, ad Vitam Longam præſens remedium eſt.

XII.

Cùm THERMAS & ACIDULAS in-
grediantur partes ſulphureæ volatiles &

Regula circa U-

sum Thermarum & Acidularum.

sal fixum alcalinum vel neutrum: omn emunctoria stimulant, adeoque in co venienti Regimine & copia usurpatæ,, morbum imminentem avertunt,& chro nicum,maximè infarctûs viscerum, fe citer emendant.

XIII.

Regula circa Usum purgantium fortiorum

PURGANTIA FORTIORA cum st machum lædere manifestè observentu nulli hominum ætati conveniunt;infa tibus autem, instar veneni, sunt fu enda.

XIV.

Praxis Regularum præcedentium in Regimine Excretionum:

PRAXIS REGULARUM præcede tium in REGIMINE EXCRETIONU huc redit: *I. ut Alvus quotidie ad m nimum semel suum faciat officium: II. Urina vini Rhenani vel citrinum refer colorem, per §.v.Cap.III. & §. III. Cap. III. ut Transpiratio insensibilis nec in exc su nec in defectu peccet: IV. ut Udor cu per convenientia infusa proliciatur: V. si Venus exerceatur, id fiat, depleto ventr culo, peracta Transpiratione, post quietu somnum, præviis balneo & nutrientis ci ingestione, tempore maximè vernali: ne autem post crapulos, inediam, labores, ven sectionem, purgationem, tempore caloris stivi immodici, nec Venerem statim excipia cibus & vigilia VI. ut in Sangvineis, q pl*

lus justo ingerunt, sangvis superfluus, sta-
is temporibus, ejiciatur.

Caput IV.

De Regulis præcipuis Sanitatem conservandi per Usum Aëris.

Conspectus.

I. Usus Aëris ad Sanitatem conservan-
dum necessarius : II. Regula dijudicandi
timam Aëris temperiem: III. ubinam il-
inveniatur Regula circa Aëris Usum:
. Praxis Regularum præcedentium; V. 1.
Aëris calidi & frigidi permutatione: VI.
in statu Aëris circa Æquinoctia: 3. in
tu Aëris, sub quo cibus vel somnus capi-
r: VII. 4. sub immodico calore: 5. sub im-
dico frigore: VIII. 6. sub diuturna Aëris
emperie humida: 7. sub Aëre contagio-
8. sub Aëre denique inæquali & muta-
i.

I.

MOrbos eodem tempore multos simul adoriri, experientia testatur. *Usus Aëris ad conservandam Sanitatem necessarius:*

Coroll. Horum Morborum causa non in corpore solo, sed in re aliqua, omnibus hominibus communi extra eorundem corpora delitescit. At

 hæc

hæc ipſa AER eſt, non tantùm gravitatis ſuæ corporibus incu bens, ſed & cum Alimentis, ta ſolidis, quàm fluidis, intra corpo admiſſus, & intra pulmones r ceptus. Quare unà cum *Aëre*, ſem na etiam morbifera corpora dive ſa ſimul ſubeunt, quæ, cum Sangv ne omnibusque humoribus intir unita, Temperiem Sangvinis va modis alterant.

II.

Regula dijudicandi optimam Aëris temperiem.

OPTIMA AERIS TEMPERIES e quæ ſolidas partes nec nimis conſtri git, nec nimis laxat, tonumque earu conſervat; fluida autem in corpore h mano nec nimis attenuat, nec nim inſpiſſat: quoniam talis AERIS temp ries, deſcriptam § *vi. Cap. I.* Sangvi temperiem & fibroſitatem produ *AER* autem, *qui æthere puriſſimo abunda caloris & frigoris nimii expers*, *à ſali cauſticis ſulphureis & fermenteſcibilibus halationibus exiſtit defæcatus*, effectu hunc, experientiâ teſte, in ſolidis & flui humani corporis partibus producit, proinde deſcripta AERIS conditio Conſervandam SANITATEM requirit per §. *IV. V, Cap. I.*

III.

III.

Talis autem AERIS constitutio *in locis montosis, editioribus, & quæ Ventis orientalibus sunt exposita*, frequentius invenitur, quam in reliquis; in quibus *Vere* & *Autumno* tantùm, & quidem *Mensibus Majo* & *Septembri* AERIS *Temperies* est saluberrima. *Ubinam illa inveniatur?*

Coroll. I. Ad conservandam SANITATEM *loca editiora præferenda sunt reliquis: habitationes rusticanæ urbium palatiis.* *Regulæ circa Aeris Usum:*

Coroll. II. Quod si non sit semper in potestate nostrâ, *AER tamen insalubris, institutâ Peregrinatione, commutandus est cum salubriore.*

Coroll. III. *Tempus vernale curationibus, præservationibus, & peregrinationibus quàm maximè est accommodatum.*

Coroll. IV. *AER subfrigidus, etiam in infantibus, recenter natis, ut scilicet à primâ ætate indurescant, AEri calidiori est præferendus.*

IV.

PRAXIS REGULARUM præcedentium circa salutarem AERIS USUM huc redit; *ut, cum non positum sit in potestate nostra,* *Praxis Regularum praecedentium:*

noſtra, optima ſemper & ubique frui AË-RIS temperie: nos præſervare tamen ſciamus adverſus variam AERIS conſtitutionem.

V.

1. In Aëris calidi atque frigidi permutatione:

Ante omnia autem *omnis ſubita Aëris calidi & frigidi permutatio vitanda eſt, idque inprimis Menſibus Octobri atque Novembri, quibus Barometra, Thermometra & Hygrometra maximam AERIS variationem indicant.* Aliàs coryzæ, catarrhi, capitis debilitas & affectiones nervorum lethales, maximè in infantibus imbecillibus atque Senibus, ſunt inevitabiles.

Coroll. I. *Hinc ſub initium Veris non ſtatim veſtes hiemales cum æſtivis commutandæ ſunt.*

Coroll. II. *Nec Corpus, quod Solis æſtu diurno incaluit, frigori nocturno eſt exponendum.*

Coroll. III. *Nec conclavia humiliora nimis ſunt calefacienda, nec unquam frigus cum calore, ſine interpoſito aliquo temporis intervallo, eſt permutandum.*

Coroll. IV. *Nec Membra corporis, frigore correpta, calori ſunt facilè exponenda:*

VI.

2. In ſtatu

Circa ÆQUINOCTIA in ſpecie vitandæ ſunt

sunt Sol Meridianus, matutinum & vespertinum frigus, Aquarum stagnantium exhalationes. Cubicula, calce vivâ recenter vestita, depressa & terræ inclusa non sunt inhabitanda: nunquam etiam in conclavi, nimis calefacto, vel furnorum exhalationibus & carbonum accensorum fumis exposito, somnus est capiendus.

Aëris circa Æquinoctia:

3. In statu Aëris sub quo cibus & somnus capiuntur:

VII.

Tempore ÆSTATIS, sub immodico calore, quies corporis, abstinentia à potu spirituoso, potiones subfrigidæ & salsæ, somnus, balnea, frictiones pedum, ante somni tempus unâ vel alterâ horâ, per dimidium horæ institutæ, & pediluvia, quibus sangvis ad inferiora derivatur, præsentissimum sunt remedium. Tempore autem HYEMIS, sub immodico frigore, partes corporis nerveæ & tendinosæ, ut caput, abdomen, pedes, probè sunt obtegendæ, & infusis, jusculus Vinoque etiam generoso utendum est.

4. Sub immodico Calore:

5. Sub immodico Frigore:

VIII.

Sub DIUTURNA AERIS INTEMPERIE HUMIDA abstinendum est à ciborum copiâ, & salis volatilis oleosi vinique generosi largior usus Commendandus est. Sub AERE CONTAGIOSO autem vitanda sunt jejunia, & panis, butyro illitus, nec non potus Thée matutino tempore assumtus & frequens Tabaci usus

6. Sub diuturna Aëris intemperie humidâ:

7. Sub Aëre contagioso:

8. Sub Aëre denique inæquali & mutabili: *ufus laudem meretur. Si denique AERIS STATUS MUTABILIS & INÆQUALIS fuerit, optimum Sanitati in aureâ in Cibo atque Potu Temperantiâ repositum est præsidium.*

Scholion: Legi meretur Per-illuſtris & generoſi Viri Dom. SAM. KOELESERI à KERES-EER Peſtis Dacicæ 1709 & 1710. Scrutinium & Cura *Cibinii 1710. in 12mo.*

Caput V.

De Regulis praecipuis Sanitatem conſervandi per Exercitationes Corporis.

Conſpectus.

I. Motus externus corporis ad conſervandam Sanitatem neceſſarius eſt: II. Exercitationum corporis varia ſunt genera: III. Regula circa ſalutarem illarum Uſum: VI. ... cum ſubjuncta Praxi.

I.

Motus externus Corporis ad conſervandam OBſervare licet quotidie in Sartoribus & aliis artificibus, artem aliquam ſellulariam exercentibus, ſcabiem, ſcorbutum & hypochondriorum malum; contra in hominibus, curſu corpus exercen-

centibus, vutum vivido colore ſuffaſum, & pulſam acceleratum. *Sanitatem neceſſarius eſt:*

Coroll. MOTUS CORPORIS EXTERNUS Circulum Sangvinis, tardiorem redditum, accelerat. QUIES autem nimia eum retardet, & humorum ſtagnationes viſcerum obſtructiones, Sangvinisque craſſitiem producit. Et proinde MOTUS CORPORIS EXTERNUS *Cauſſam proximam Sanitatis* reſtituit, conſequenter ad conſervandam Sanitatem neceſſarius eſt, *per* §. *iv. v. Cap.* I.

II.

Exercitationum autem *Corporis* quædam ſunt *vehementiores*, ut *Curſus, Saltatio, Equitatio* & ſimiles aliæ: quædam ſunt *leniores*, ut *Ambulatio in plano, Vocis contentio moderata, Luſus Pilæ, Vectura* & ſimiles: quædam ſunt *leniſſimæ*, ut *Frictio, Geſtatio in Navi, Lectica: &c.* *Exercitationum Corporis varia ſunt genera:*

III.

Exercitationes Corporis vehementiores conveniunt corporibus robuſtis, humidis & phlegmaticis: *leniores* corporibus calidis, macilentis, ſangvineis, cholericis hecticis, hypochondriacis: *leniſſimæ* illis, qui ſe ipſos movere non poſſunt, ut Senibus *Regula circa Salutarem illarum Uſum:*

bus, imbecillibus, infantibus, pueris, ex ventriculi debilitate laborantibus.

IV.

Cum subjuncta PRAXI.

In ipso Variarum Corporis Exercitationum Usu ad sequentia attendere operæ pretium erit; I. ut *Exercitationes Corporis, inprimis si vehementiores fuerint, instituantur tempore matutino, digestione peractâ, ante assumtionem ciborum, & circa vesperam: II. ut instituantur sub aëre sereno & temperato, duabus horis post Solis ortum, & ante Solis occasum, nunquam sub Sole Meridiano, maximè æstivo, nec circa Flumina, Stagna, Nives. Inspecie febricitantes recidivam patiuntur ex Ambulatione circa flumina & frequentatione Templorum majorum. Et qui statim à prandio equitant, flatûs & ructûs experiuntur. Qui autem sub aëre nimis calido Exercitationibus Corporis indulgent, debilitatem corporis, & qui sub aëre nimis frigido Corpus exercent, cessante motu, & frigore poros hiantes subeunte, febribus, inflammationibus, rheumetismis visarumq; obstructionibus obnoxii sunt.*

V.

Regula præcedentis:

III. Ut ipse MOTUS gradatim augeatur, & usque ad Sudoris lenissimi per universum corpus exortum continuetur: IV. ut hieme fortior sit, quàm æstate, & Alvum fluxam sequatur, non autem alvi dejectionem

nem præcedat: V. ut corpus, motu exacto, linteis abstergatur in temperato aëre, & in ecto detinentur; per cor.1.§.VII.Cap.III. VI. Ut per horæ dimidium circiter Assumtio cibi differatur (obfractum à præcedenti motu ventriculi robur,) Cibusque humidus & succulentus assumatur: VII. ut Frigida potio, corpori calefacto exitiosa, evitetur.

Caput VI.

De Regulis præcipuis Sanitatem conservandi per Quietem Corporis.

Conspectus.

I. Quietis ad conservandam Sanitatem necessitas: II. Regula generalis circa Quietem Corporis: III. speciales circa Sessionem: IV. Circa Stationem: V. Somni necessitas: Regulæ circa Somnum: VI. Praxis Regularum præcedentium in Regimine Somni ad conservationem Sanitatis.

I.

COnstat Experientia, Saginationem animalium facillime procedere, si a, arctiori inclusa loco, ab omni motu prohibeantur. *Quietis ad conservandam Sanitatem necessitas;*

Coroll.

Coroll. I. QUIES CORPORIS ad ejusdem nutritionem, hoc eſt, ad appoſitionem ſucci gelatinoſi, ad attritarum partium reſtaurationem facientis, quàm maximè eſt neceſſaria: illis in ſpecie, qui nutritione opus habent; quales ſunt, infantes, pueri, imbecilles, macilenti, cholerici, & interno æſtu agitati.

II.

Regula generalis circa Quietem corporis.

QUIES Motum Corporis externum excipiens, tanto longior eſſe debet, quo motus præceſſit diuturnior. Cum enim Sangvis in continuo ſit motu, *per cor.* §. 1. *Cap.* II eoque tandem reſolvatur in excrementa ſalſa, ſulphurea & mucoſa, *per* §. 1. *Cap. II.* hic autem Sangvinis motus internus, per motum corporis externum proportionaliter augeatur, *per cor.* §. *1. Cap. IV* patet, rationem eam eſſe debere QUIETIS ſuccedentis, quæ fuit ratio augmenti in motu præcedente.

III.

Speciales circa Seſſionem:

In SESSIONE inteſtina & vaſa meſenterii, ad Venam portæ decurrentia comprimuntur, conſequenter nimia *Seſſio* producit humorum ſtagnationem & viſcerum infarctûs.

Coroll.

Coroll. SESSIO NIMIA præparat hominem malo hypochondriaco.

IV.

Contra in STATIONE nimiâ Aſcenſus Sangvinis & humorum retardatur. *Circa Stationem:*

Coroll. STATIO & SESSIO cum Ambulatione in plano homini ſano, præſertim Litterato, continuo ſunt permutandæ, ut mutuâ muſculorum actione aſcenſus Sangvinis facilitatur æqualis permaneat muſculorum tenſio.

V.

Qui integras noctes duxerant inſomnes, non tantùm eo difficilius poſteà dormiunt, ſed in deliria etiam incidunt. *Somni neceſſitas:*

Coroll. I. SOMNUS ſufficiens ad vires Mentis æquè Corporis conſervandas neceſſarius eſt.

Coroll. II. Lucubrationes Litterato, quantum fieri poteſt, vitandæ ſunt.

Coroll. III. SOMNO tamdiu eſt indulgendum, donec corpus levius redditum, & mens alacrior facta fuerit.

Coroll. IV. Quo tenerior ætas, eo, lon-

longior SOMNUS requiritur, *per cor.§.1.Cap.VI.*

Coroll.V.In Terris calidioribus diutius SOMNO eſt indulgendum, quàm in terris frigidis: & tempore æſtivo ſomnus meridianus in locis calidioribus eſt ſalutaris.

Coroll. VI. Quorum ventriculus cibis repletus, caput crapula gravatum eſt, nec non Senibus, cholericis, & imbecillibus diutius dormiendum eſt, quàm illis, qui parciori utuntur cibo, robuſtis iterum juvenibus & Viris.

VI.

Praxis Regularum præcedentium in Regimine Somni ad Conſervationem Sanitatis:

SOMNUS ſecundum Regulas præcedentes ad Conſervationem SANITATIS dirigitur, ſi: *I. Cæna, Somnum præcedens, ſit ſimpliciſſima, per* §.*III.Cap.I. II. ante Somnum vitentur cibi acres, ſale, aromatibus, allio, ſinapi, opio conditi, flatulenti, duriores, potûs calidi & ſpirituoſi: III. Somnus non ſtatim, ventre repleto, à Cœnâ capiatur, ſed per unam alteramve horam differatur: IV. Somnus ipſe in Aëre temperato & puro, adeoque in cubiculis amplis & perſpirabilibus, & quidem tempore nocturno (quo Atmoſphæra frigidior fibrarum tenſionem remiſſiorem & Circulum Sanguinis tardio-*

liorem reddit) V. tempore Somni à curis & affectibus simus liberi: VI. decubitu utanur in lateribus, capite paulò elatiore, & orporis trunco inflexo, cruribusque aliuantulum contractis; & primo quidem in atere dextro, ne in sinistro hepar ventriulum comprimat, chylique in intestina deensum impediat, Somnus autem, capite epresso, insomnia & torporem excitet; in upino autem decubitu vasa, dorso substra, incalescant & musculi, thoracem eleantes, premantur, consequenter respirao difficilis reddatur, & calculo, incubo, llutionibusque nocturnis occasio suppeditur.

Caput VII.

De Regulis praecipuis Sanitatem conservandi per Regimen Affectuum.

Conspectus.

I. Affectuum vehementiorum noxa: II. egula generalis circa illorum Moderamen: I. per Studium veræ Philosophiæ & Pietis: IV. per Peregrinationem, recto tempre institutam.

I.

Affectuum vehementiorum noxa:

HOmo Sanus, repentino & improviſo terrore perculſus, in ſummum ſæpè vitæ diſcrimen adducitur.

Coroll. Omnes Affectus vehementiores (quales ſunt Terror, Iracundia, Mœror, Deſiderium in rem venereamn, vel res alias, quas obtinere non poſſumus, Meditatio intenſa) omni ætati, maximè autem ſenili, nocent.

Regula generalis circa illorum Moderamen:

II.

Cum tranquillo Mentis Statui ſimilis ſangvinis atque humorum Status in corpore reſpondeat: curandum eſt, *ut Mens ſemper TRANQUILLA ſervetur.*

IV.

Per Studium Veræ Philoſophiæ & Pietatis:

Cum autem MENTIS TRAQUILLITATEM in homine producat, tum *Inquiſitio Veritatis per proprias Intellectûs Vires*, quippe ex quâ gaudium oritur puriſſimum, & individuum Veritatis exercitium, tum *Veræ Pietatis ſtudium*: ſatis manifeſtum eſt, quantum in ARTE INVENIENDI VERITATEM PER SE IPSUM & in VERÆ PIETATIS STUDIO Sanitati etiam Corporis repoſitum eſt præſidium.

Scholion.

Scholion: Hinc STUDIUM VERÆ PIETATIS jure CORPORIS etiam MEDICINA dicitur, quippe quod, vi dictorum, ex causſâ naturali promiſſam habet Longævitatem 1. TIMOTH. IV. 8.

IV.

Multum etiam ad *Tranquillitatem Mentis conſervandam* facit PEREGRINATIO, recto tempore inſtituta, quippe quæ mentem varietate rerum ſvaviſſimè afficit. *Vid. Coroll. 11. §. 111. Cap. IV.* *Per Peregrinationem recto tempore inſtitutam:*

Caput VIII.

De Regulis præcipuis Sanitatem conſervandi per Moderamen Conſvetudinis.

Conſpectus.

I. Conſvetudinis efficacia: II. Regulæ circa Uſum Conſvetudinis in conſervandâ Sanitate: III. cum Praxi earundem: IV. Regula generalis circa Modum avertendi Morbum imminentem.

I.

LIcet illi, qui primâ vice *Tabaci fumum* hauriunt, initio à fumo graviter offendantur: ſucceſſu tamen temporis eidem *Conſvetudinis Efficacia:*

dem adeò aſſveſcunt, ut eodem etiam maximoperè delectentur.

Coroll. I. Maxima CONSVETUDINIS vis eſt in diſponendis corporis partibus ad certos edendos motûs, ad quos naturaliter non ſunt diſpoſitæ.

II.

Regula circa Uſum Conſuetudinis in conſervandâ Sanitate:

In tuenda Sanitate CONSUETUDINIS etiam ratio habenda eſt, & proinde, *omnis ſubita & improviſa rerum conſvetarum, licet noxiarum, mutatio vitanda eſt.*

Scholion I. Ita ex. gr. CONSVETUDO ſola Alimentorum & Aëris inſalubritatem mitigat, Affectûs animi vehementes, omni aliàs ætati nocentes, efficiat innoxios, & ipſam Medicamentorum efficaciam obtundit, teſte Experientiâ.

Scholion II. Ex. gr. Si Somnus Meridianus abierit in *Conſvetudinem*, temerè non eſt omittendus.

III.

Cum Praxi earundem:

Tutiſſimum tamen eſt, ut Homo Sanus nullis omninò rebus longius adſveſcat, ſed *vario ſemper utatur Vitæ genere.*

Scholion:

Scholion: Optimè Celeberrimus BOERHAAVE *loc. cit.* §. MXXVIII. Sæpe variare vitam quotidianam,, egregium eſt auxilium tuendæ,, Sanitati.,,

IV.

Quod ſi vel *SANITAS* affectu quodam vehementi in præſentiſſimum vitæ periculum veniat, vel cauſſæ morbificæ præſentes (ex. gr. emortuus appetitus, corporis poſt ſomnum gravitas & torpor) gravem morbum minentur: *primum Sanitatis Conſervandæ præſidium ab Abſtinentia ab omni cibo & potu atque à Mentis & Corporis Quiete petendum eſt.* *Regula generalis circa Modum avertendi Morbum imminentem.*

Scholion: Conſentit mecum Laudatus modo Cl. BOERHAAVE. *loc. cit.* §. ML. Primaria REMEDIA PRO-,, PHYLACTICA morborum, brevi,, oriturorum, ſunt profectò hæc:,, *Abſtinentia, quies*, potus aquæ ca-,, lidæ, blandus & aliquandiu conti-,, nuatus motus usque ad initia leni Sudoris, tum poſtea Somnus lar-,, gior, corpore benè tecto: his enim,, craſſa diluuntur, laxantur vaſa, ex-,, cernuntur noxia.

TANTUM.

MEDICINAE MENTIS ET CORPORIS CONSPECTUS.

LIBER PRIMUS DE ARTE INVENIENDI.

PRAECOGNITA

De Arte Inveniendi ejusdemque Regulis ingenere.

Conſpectus.

I. ARS INVENIENDI: II. Regula Artis Inveniendi: III. Explicatio diſtincta ordinis in cogitando naturalis: Principia infallibilia: Methodus infallibilis: demonſtrare quid? demonſtrationes geometricæ: Scientia.

Caput I.

De Regulis præcipuis Intellectum noſtrum dirigentibus, in formandis Notionibus diſtinctis Specierum & Generum ex perceptionibus rerum ſingularium.

Con-

Conſpectus.

I. Experientia fundamentalis: II. Perceptio: III. obſcura; clara; diſtincta; confuſa: Apperceptio: IV. Conſcientia: V. Senſatio: &c. &c.

Caput II.

De Regulis præcipuis, Uſum Vocum, quatenus notionum diſtinctarum commodiſſima ſunt Signa, dirigentibus.

Conſpectus.

I. Signum: Signa Cogitationum ſunt voces: II. cur ſint? &c. &c.

Caput III.

De Regulis præcipuis, Rationem noſtram dirigentibus, in formandis Judiciis univerſalibus ex notionibus diſtinctis rerum, ab Intellectu formatis.

Conſpectus.

I. Veritas notionum: II. Judicium: III. fit beneficio vocum; ſubjectum; prædicatum; propoſitio; affirmativa; negativa: &c.

Caput IV.

De Regulis præcipuis, Rationem nostram dirigentibus, in Syllogiſmis, ex Judiciis univerſalibus formandis.

Conſpectus.

I. Syllogiſmus: Geneſis Syllogiſmorum in communi vitâ; III. in Scientiis: IV. explicatur; illuſtratur: ordo Cogitationum. &c.

Caput V.

De Uſu præcedentium Regularum in invenienda Veritate per Experientiam.

Conſpectus.

I. Praxis Regularum præcedentium: II. Experientia: Obſervatio: III. non confundenda cum Propoſitione quam ipſi ex obſervatione vel ex Experientia deduximus: &c.

Caput VI.

De Uſu præcedentium Regularum in inveniendis Axiomatis, Poſtulatis & Theorematis, item in reſolvendis Problematibus.

Con-

Conſpectus.

I. Regula inveniendi Axiomata & Poſtulata: II. Regula inveniendi Theoremata: &c.

Caput VII.

De Uſu præcedentium Regularum in dijudicandis aliorum inventis atque ſcriptis; in ſpecie in explicanda Scriptura S.

Conſpectus.

I. Regula dijudicandi aliorum inventa generalis: II. Regula dijudicandi definitiones, ab aliis inventas: &c.

Caput VIII.

De Uſu præcedentium Regularum in convincendis aliis de Veritate à nobis inventa, in refutandis aliorum erroribus, & in collatione Sententiarum, ſuper quæſtione dubia.

Conſpectus.

I. Convincere quid inferat? II. Regula convincendi alios: Effectus Convictionis: IV. Cur non ſemper obtineatur? &c.

LIBER

LIBER SECUNDUS DE HYGIENE

PRAECOGNITA

De Hygiene ejusdemque Regulis in ge-
nere.

Conſpectus.

*I. Hygiene ſive Medicina Præſerva-
tiva Corporis: II. Regula Medicinæ Præ-
ſervativæ Corporis: &c.*

Caput I.

De Regulis præcipuis judicandi de SA-
NITATE ejusque CAUSIS.

Conſpectus.

*I. Experientia fundamentalis: Vita Ani-
mantis conſiſtit in Circulo Sangvinis: II.
in quo Cauſa Vitæ, Sanitatis & Mortis quæ-
renda eſt: &c.*

Caput II.

De Regulis præcipuis Sanitatem con-
ſervandi per Alimenta.

Con

Conſpectus.

Ingeſtionis Alimentorum neceſſitas: II. Regula generalis judicandi de Alimentis, Sanitatem conſervantibus: &c.

Caput III.

De Regulis Sanitatem conſervandi per Excretiones.

Conſpectus.

I. Regula generalis circa Excretiones: II. Emunctoria corporis humani diverſa: III. Regulæ ſpeciales circa Alvum: &c.

Caput IV.

De Regulis præcipuis Sanitatem conſervandi per Uſum Aëris.

Conſpectus.

I. Uſus Aëris ad Sanitatem conſervandam neceſſarius: II. Regula dijudicandi optimam Aëris temperiem: &c.

Caput V.

De Regulis præcipuis Sanitatem conſervandi per Excretiones Corporis.

Con-

Conſpectus.

I. Motus externus Corporis ad conſer-vandam Sanitatem neceſſarius eſt: II. Ex-ercitationum corporis varia ſunt genera:&c

Caput VI.

De Regulis præcipuis Sanitatem con-ſervandi per Quietem Corporis.

Conſpectus.

I. Quietis ad conſervandam Sanitatem neceſſitas: II. Regula generalis circa quie-tem corporis: &c.

Caput VII.

De Regulis præcipuis Sanitatem conſer-vandi per Regimen Affectuum.

Conſpectus.

I. Affectuum vehementiorum noxa: II. Regula generalis circa illorum Modera-men: &c.

Capu

Caput VIII.

De Regulis præcipuis Sanitatem conſervandi per Moderamen Conſvetudinis.

Conſpectus.

I. Conſvetudinis Efficacia: II. Regulæ circa uſum conſvetudinis in conſervanda Sanitate: &c.

FINIS.



Errata extantiora ſic corrigantur.

In Dedicatione: p. 3. lin. 8. Comite *lege* Comiti.

In Epiſtola ad Amicum: p. 6. l. 8. Tria *lege* Tuae. p. 7. l. 14. Scientia *lege* Scientiae. p. 8. l. 2. memorandus *lege* memorandas. 8. l. 5. praerupto *lege* praerupta. p. 8. l. 6. ripatque *lege* ripasque. p. 8. l. 11. indigui *lege* indiget. p. 8. l. 16. vicinos-jatraliptas *lege* vicinos, iatraliptas. p. 9. l. 10. intelligo *lege* intellige. p. 11. l. 4. fave *lege* fove; - - amœbæum *lege* amœbæis.

In ipſo Tractatu; p. 14. l. 19 ſive *lege* ſine. p. 16. l. 27. *cognitionum* lege *cognitionem*. p. 21. l. 7. ea *lege* eo. p. 25. l. 2. ei *lege* vel p. 28. l. 19. & *lege* eſt. p. 30 l. 11. intellectum *lege* intellectui. p. 35. l. 21. ſingularium *lege* ſingularum. p. 40. l. 10. item *lege* idem. p. 41. l. 16 repræſentur *lege* repræſententur. p. 41. b. lin. 29. impoſſibilie *lege* impoſſibile. p. 44 b. lin. 10. *naturlis.* lege naturalis p. 45. b. l. 21. *poſt* eſt *adde* Medium. p. 50. l. 12. EISTIT *lege* EXISTIT. p. 50. l. 18. hoc *lege* hunc. p. 51. l. 2. Videtur *lege* Videatur. ibid. l. 27. *poſt* identificatur *pone* comma. p. 57. *συνοψει* repraeſentatur *lege* *συνόψει*, repraeſentantur. p. 58. l. 21. *poſt* contradictionis *adde* per p. 64. lin. 8. CIϽ IϽCXIII. *lege* CIϽ IϽCCXIII. p. 65. lin. 13. ſyſtam *lege* ſiſtam. p. 65. l. 16. Sollogiſmos *lege* Syllogiſmos. p. 69. lin. 27. genetriae *lege* genetrix. p. 70. b. lin. 25. inverſe *lege* inter ſe. p. 71. b. lin. 11. Axionata *lege* Axiomata. p. 71. b. l. 29. definitonem *lege* definitionem p. 74. b. lin. 26. *poſt* fuerint *adde* vel. p. 75. b. lin. 9. ſi *lege* ſit p. 79. a. lin. 7. pœnitemtiam *lege* pœnitentiam. ibid. lin. 10. incognitam *lege* incognitum. & poſt vocem *cognito dele* punctum. p. 79. a lin. 20. FUNGIUS *lege* JUNGIUS. p. 79 a. lin. 21. manus, *dele* comma. p. 79. a. lin. 26. conſequentiâ *lege* conſequentia. p. 83. l. 13. praejudiciæ *lege* praejudicia. p. 86. l. 3. mutatinem *lege* mutationem. p. 88. l. 12. notionium *lege* notionum. p. 91. lin. 28. perculiaribus *lege* peculiaribus. p. 93. l. 2. *propoſitioes lege* propoſitiones. p. 93. l. 5. debere *lege* debent. p. 93. l. 23. poſſiblem *lege* poſſibilem. p. 93. l. 27. contrarientem *lege* contrariantem. p. 96. l. 18. gloriari *lege* gloriam. p. 97. l. 6. deteſto, *lege* detecto. p. 97. lin. 11. quos *lege* quas. p. 100. l. 5. contraverſiæ *lege* controverſiæ. p. 107. l. 5. in geſtionis *lege* ingeſtionis p. 108. l. 3. *ὑγιεῖιας lege ὑγιείας* p. 108. l. 7. Prœm. *lege* Prooem p. 112. l. 11. arterioſis *lege* arterioſi, hujus, *dele* comma. p. 112. l. 29. attendo *lege* attendendo. p. 113. l. 17. omnia *lege* ana. p. 115. lin. 5. rationi *lege* ratione. p. 116. lin. 7. ipſa *lege* ipſe. p. 116. l. 19. 20. ingeſto *lege* ingeſta. p. 116. lin. 28. Caliis *lege* aliis.

p. 117.

p. 117. l. 15. talis *dele* colon. p. 120. et succis *lege* exsuccis. p. 121. l. ult. farriaciis *lege* farinaceis. p. 122. l. 28. testribus *lege* testibus. p. 122. lin. 30. malignos *lege* malignas. p. 123. l. 3. trabit *lege* trahit. p. 125. l. 9. *post* est *dele* punctum. p 125. l. 30. ferementescibiles *lege* fermentescibiles. p. 126. l. 3. fiat *lege* facit. p. 126. lin. 17. dabilis *lege* debilis. p. 127. l. 3. inhaeret *lege* inhærent. ibid. lin. 16. gravi subuli *lege* grani sabuli. ibid. lin. 24 fancinum *lege* faucium. p. 128. l. 6. ☽ *lege* ad. ibid. lin. 11. certissimis *lege* certissimus: est *lege* &. ibid. lin. 12. Addas *lege* Addatur. ibid. lin. 13. GORTERI *lege* GARTERI. ibid. lin. 14. ante vocem Tractatus *dele* punctum. ibid. l. 15. post Lugduni *adde* in. ibid. lin. 16. Italica *lege* Statica: DODURTI *lege* DODARTI. ibid. lin. 17. KEILII *adde* punctum. ib. lin. 18. post vocem explanatione *dele* comma. ibid. lin. 20. impressus *lege* impressa. p. 129. l. 30. ex succis *lege* exsuccis. p. 132. l. 21. jusculus *lege* jusculis. p. 139. lin. 2. vutum *lege* vultum: suffasum *lege* suffusum. ibid. lin. 3. pulsam *lege* pulsum. ibid. lin. 7. retardet *lege* retardat. p. 140. lin. 21. corporis *adde* sentiunt. p. 140. lin. 25. visarumque *lege* viscerumque. p. 141. lin. 4. detinentur *lege* detineatur. p. 143. lin. 1. facilitatur *lege* facilitetur. ibid. lin. 15. duxerant *lege* duxerunt. ibid. lin. 20. æque *adde* ac. p. 144. l. 14. iterum *lege* item. ibid. l. 26. ipse *adde* capiatur. p. 146. l. 17. traquillitatem *lege* tranquillitatem. ibid. lin. 21. veritatis *lege* virtutis. ibid. lin. 26. est *lege* sit. p. 148. lin. 18. efficiat *lege* efficit.



Morbus Gallicus.

By W. Clowes.

4to. London 1585.

